25,160/B/1

55161

ANTONII GOÜAN,

Doct. Med. Monsp. Reg. Societ. Scient. Socii, et Reg. Scient. Human. Litter. et Inscript. Acad. Tolos. Correspond.

FLORA MONSPELIACA,
SISTENS PLANTAS N°. 1850
AD SUA GENERA RELATAS,
ET
HYBRIDA METHODO DIGESTAS;

ADJECTIS

Nominibus specificis, trivialibusque,
Synonymis selectis,
Habitationibus plurium in agro Monspeliensi nuper detectarum,
Et earum quæ in usus medicos veniunt
Nominibus Pharmaceuticis,
Virtutibusque probatissimis.

LUGDUNI,

Sumptibus BENEDICTI DUPLAIN, Bibliopolæ, in vico majori Mercatorio, ſub ſigno Aquilæ.

M. DCC. LXV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

PROŒMIUM.

TANTA fuit erga Hortum noſtrum Regium Monſpelienſem Botanicorum benignitas, ut plantas agri noſtri rurſus curioſis exhibere ſuſceperimus. Expectata diu ab amicis prodit tandem Flora Monſpeliaca, quam ab anno ſolido ad prælum miſſam nunc tantùm cum Publico communicare valet Typographus negotiis multigenis impeditus. Opus hocce digeſſimus methodo hybridâ, quam itidem egregio *Ludwigio* arriſiſſe videmus ex generibus plantarum à viro prælaudato anno 1760 editis, & ad me pro Authoris clariſſimi urbanitate menſis labentis initio miſſis. *Claſſes* ex Riviniano ſiſtemate, *ordines* verò à claſſibus Linnæanis depromſimus; cùm primo intuitu faciliùs in Flore detegantur petalorum numerus, proportio, inſertio, æqualitas, quàm ſexuum affectio-

nes. Ex corolla *Monopetala* vel *Polypetala*, *regulari* aut *irregulari*, duodecim extruximus claſſes. Has ſequuntur *flores compoſiti* ex corollis regularibus, ex irregularibus, ex utriſque. Agmen claudunt plantæ *Apetalæ*, & tandem *Cryptanthemæ*. Sic methodus noſtra claſſibus ſeptemdecim coërcetur. Flos *regularis* nobis dicitur cujus corolla monopetala polypetalave ſegmentis aut petalis conſtat inter ſe æqualibus, uniformibus, & à receptaculi centro æque diſſitis: ubi verò horumce trium unum, alterumve, aut omnia deficiunt, flos nobis eſt *irregularis*; *veronica*, *verbaſcum*, *lycopſis*, *polyanthes*. Pro *compoſitis* habemus una ſyngeneſiæ Linnæanæ genera, rejectis ad *ſimplices* aggregatis propriè dictis; ut *ſcabioſâ*, *globulariâ*, *dypſaco*, &c. Cùm nulli certi limites inter calycem & corollam adhuc reperti ſint; & vix erret qui calycem pro corolla, aut corollam pro calyce ſumit in plurimis generibus flore incompleto donatis, *daphne*, *theſio*, *polygono*, &c. monemus nos ea in re amiciſſimi *Cl. Linnæi* veſtigiis conſtanter etiam inhæ-

rere. *Cryptanthemas* tandem diximus plantas quas complectitur *Linnæi celeb.* Cryptogamia, quarum flores inconſpicui atque adhucdum indeterminati.

Cùm noviſſimorum illuſt. *Linnæi* operum copiam non haberent Medicinæ ſtudioſi, & tantam jacturam lugerent, ipſorum precibus morigeri caracteres compendioſos quales exhibet ſiſtematis naturæ tomus alter, cuilibet generi appinximus, mutatis aut locupletatis quibuſdam. Notas ſecundarias compendiosè his ſubjunximus, ut in peregrinationibus botanicis librorum ſarcinâ in poſterum ii non premerentur.

Plura ſunt genera quorum ſpecies corollâ diversâ inſtruuntur, aut ſexuum numero inter ſe diſcrepant; hinc coacti fuimus, attributis primario & ſecundario aſſumptis inhærentes, claſſe, ordine, imò & ſubſectione has ſeparare, v. g. *ſcabioſa*, *pag.* 14. n°. 6. 7. & 8.. *gentiana*, *pag.* 15. n°. 9. 10. & 11.. *xanthium*, *pag.* 50. n°. 1. &c. &c. &c.

Repetita nonnulla genera monoïca, dioïca, aut polygama, in variis claſſi-

bus noſtris legere datur : cauſa fuit *maſculorum* à *femininis*, *hermaphroditorum* à reliquis diſcrimen, v. g. *najas*, *pag.* 55. & *pag.* 419.. *xanthium*, *pag.* 50. & *pag.* 412.. *holcus*, *pag.* 130. & *pag.* 431. &c. &c. &c. Ergo ne tyroni plantam androgynam, dioïcam, aut polygamam corollâ ludentem inquirenti aqua hæreret, genus bis ſcribendum fuit, in loco nimirum quem ſibi vindicabat flos quilibet.

Plantas omnes à Magnolio memoratas, etiam obſcuras plurimas atque inconcinnè determinatas, ad genera ſua & ſpecies retulimus, rogantibus, ut id negotii in nos ſuſceperimus, ſummis Europæ Botanicis *Linnæo*, *Seguierio*, *Sauvageſio*, *Gerardo*, *Hallero*, aliiſque; & pauciſſimas prorſus reliquimus ad calcem quas (ſi reverà exiſtant) tenentur autoptæ determinare. Specierum nuper hîc detectarum, anteceſſoribus in agro Monſpelienſi prætervisarum, habitationes indicavimus, & ſynonyma *Tournefortii*, *Bauhinorum*, *Dalechampii*, *Bocconi*, & clariſſimorum virorum *Linnæi*, *Jacquini*, *Seguierii*, *Halleri*,

Gerardi, addidimus, ut adhibitus in Horto Regio noſtro ſynonymorum ordo idem hîc ſervaretur.

Virtutibus aſſignatis ad ſpecies uſuales, & datis nominibus ipſarum pharmaceuticis, nec non Gallicis, aſteriſco notantur ipſæ quarum quotidianus & familiaris uſus in Medicina; cruce verò inſtruuntur illæ quarum virtutes heroïcæ, appropriatæ, ſpecificæ.

Exoticæ plures in hocce opuſculo occurrunt apud nos cicures factæ, & ipſas veluti noſtrates memoravimus, quia in ipſas ut in indigenas incurrere poterant Botanices ſtudioſi.

Quemadmodum nomen idem vernaculum pluribus inditur ſpeciebus, aut ſpecies eædem diverſo nomine vernaculo inſigniuntur; inde nomina illa ſepoſuimus, quæ tamen in Indice proprio habentur, adjectis nomine latino numeroque ſpeciei cujuſlibet.

Ad calcem apponitur Appendix triplex. Prima ſiſtit genera, ſpecies, & ſynonyma aut à nobis omiſſa, aut ſeriùs inventa. Appendix altera recenſet ſpecies

à nobis nuper detectas, nimirum ab anno 1762, quo Hortum noſtrum cum Publico communicavimus, ad hanc uſque diem. Appendix tertia exhibet ſpecies animalium ad regnum vegetabile perperam à Magnolio relatas, adjectis ad quamlibet ſynonymiis *Linnæi ex ſpeciebus animalium* depromtis. Hæc memoranda credidimus, ut plenior foret Botanici Magnoliani illuſtratio.

Sex Indicibus implentur ultimæ paginæ; primus nomina *generica* & *ſpecifica* coërcet, ſecundus *ſynonyma*, tertius *trivialia*, quartus *pharmaceutica*, *gallica* quintus, tandem ſextus *vernacula*.

Supereſt ut publicè teſtemur quantùm in inquirendis plantis nobiſcum inſudaverint honeſtiſſimi & indefeſſi viri, *Amoreux*, *Lafoſſe*, *Clapiers*, *Arnaud*, *Vicari*, *Bonotti*, *Giraud*, olim Medicinæ ſtudioſi, nunc verò Doctores, diu Botanicorum laborum participes, qui montes, fluvia, præcipitiaque ſpreverunt; nec non eximii floræ cultores D. D. *Soubri*, Lugdunenſis, Galliæ Quæſto-

rum Decanus, & Frater *Gabriel*, Capucinus, quibus omnibus plures novas ſpecies debemus. Ediſcant rariori ipſorum exemplo Medicinæ alumni Botanicam ſeriò excolere.

Dabam Monſpelii, die 14ª. menſis Septemb. 1764.

AUCTORES

IN HOC OPERE CITATI.

BAuh. pin.	Gaſpari Bauhini pinax.	1 *vol. in-4°.*
Bauh. prod.	Ejuſdem prodromus.	1 *vol. in-4°. cum fig.*
B. hiſt.	Joannis Bauhini hiſtoria.	3 *vol. in-fol. cum fig.*
Dalech. hiſt.	Dalechampii hiſtoria.	2 *vol. in-fol. cum fig.*
Lob. ic.	Lobelii ſtirpium icones.	1 *vol. in-4°. cum fig.*
Taber. ic.	Tabernæmontani icones.	1 *vol. in-4°. cum fig.*
Barr. ic.	Barrelieri icones.	1 *vol. in-fol. cum fig.*
Bocc. muſ.	Bocconi muſæum.	2 *vol. in-4°. cum fig.*
Boc. ſic.	Bocconi deſcriptiones rariorum.	1 *vol. in-4°. cum fig.*
Tour.	Tournefortii inſtitutiones.	3 *vol. in-4°. cum fig.*
Seg. ver.	Seguierii flora veronæ.	3 *vol. in-8°. cum fig.*
Mag. Bot.	Magnolii Botanicum monſpelienſe.	1 *vol. in-12. cum fig.*
Mag. hort.	Ejuſdem hortus monſpelienſis.	1 *vol. in-12. cum fig.*
H. m.	Antonii Goüan hortus regius monſpelienſis.	1 *vol. in-8°. cum fig.*
Linn. ſp. ed. 2.	Linnæi ſpecies plantarum, editio 2ª.	2 *vol. in-8°.*
Linn. ſiſt.	Ejuſdem ſiſtema naturæ, ed. 10ª.	3 *vol. in-8°.*
Linn. amæn.	Ejuſdem amænitates academicæ.	6 *vol. in-8°. cum fig.*
Linn. cent.	Ejuſdem centuriæ.	2 *vol. in-8°.*
Scheuz. agr.	Scheuzeri agroſtographia.	1 *vol. in-4°. cum fig.*
Hall. en.	Halleri enumeratio.	1 *vol. in-8°.*
Jacquini hiſtoria plantarum vindobonenſis.		1 *vol. in-fol.*
Sauv. meth.	Sauvageſii methodus foliorum.	1 *vol. in-8°.*
Ger. gall.	Gerardi flora galloprovincialis.	1 *vol. in-8°. cum fig.*

EXTRAIT DES REGISTRES
DE LA
SOCIÉTÉ ROYALE DES SCIENCES.

Du 6. Septembre 1764.

MRs. Cusson, Coulas & Amoreux, qui avoient été nommés pour examiner un Ouvrage de M. Goüan, qui a pour titre, *Flora Monſpeliaca*, &c. en ayant fait leur rapport, la Compagnie a jugé que cet Ouvrage ne pouvoit être que très-utile aux Botaniſtes, tant par la nouvelle méthode qu'y propoſe l'Auteur, que par la deſcription qu'il y donne d'un grand nombre de plantes, parmi leſquelles il indique des genres nouveaux, & beaucoup d'eſpeces nouvelles; que plus de 150 de ces plantes ayant été découvertes par M. Goüan lui-même, dans les environs de Montpellier, ceux de ſes compatriotes dont la curioſité ſe porte aux mêmes objets lui auroient dans tous les temps l'obligation particuliere de leur avoir fait connoître leurs propres richeſſes; qu'on ne pouvoit trop louer le ſoin qu'il a pris de rappeller aux genres établis par M. Linnæus & par d'autres Botaniſtes modernes les eſpeces indiquées par M. Magnol dans ſon *Botanicum Monſpelienſe*, qui par-là ſe trouve éclairci & rectifié en pluſieurs endroits; qu'enfin tout ce que dit M. Goüan ſur les vertus médicinales des plantes uſuelles, d'après des obſervations réitérées & conſtantes, augmentoit le mérite de l'Ouvrage, & le rendoit précieux à ceux qui deſirent un bon Abrégé de Matiere Médicale. En foi de quoi j'ai ſigné le préſent certificat. A Montpellier, ce ſixieme Septembre mil ſept cent ſoixante-quatre.

DE RATTE,
Directeur & Secretaire perpétuel de la Société Royale des Sciences.

APPROBATION

De Meſſieurs les Docteurs ordinaires en l'Univerſité des Médecins de Montpellier.

NOs Claudius Chaptal, Nicolaus Fournier, Thomas Fitz-Maurice, Ludovicus Esteve, in alma & Regia Monſpelienſium Medicorum Univerſitate Doctores ordinarii, unanimi Doctorum conſenſu præpoſiti, Opus Antonii Goüan cui titulus eſt *Flora Monſpeliaca* ſumma cum cura pervolvimus, illudque ſaniori doctrinæ accommodatum judicavimus. Author methodo hybridâ hactenus intentatâ vegetabilia coordinat; ſpecies à *Magnolio* memoratas ad recentiorum genera & ſub clariori luce refert; novas ſupra centum & quinquaginta, quarum aliquot adduxerat Niſſolius, peregrinationibus & labori minimè parcens, intra biennium detexit; harum ſolemniores vires, doſes, adhibendi methodum dilucidè & luculenter indicat, & tyrones dat informari maximo artis emolumento. In hoc certè plurimùm laudandus, quòd ſuis obſervationibus conſtat plantas 1800 in agro noſtro hoſpitari, atque ita Hortum Regium qui Monſpelii eſt ſpeciebus 1000 facili marte locupletari docet. In cujus rei fidem has ei Litteras propriâ ſyngraphâ ſubſcriptas dedimus. Monſpelii, die 17ª. Septemb. anno 1764.

CHAPTAL, FOURNIER, FITZ-MAURICE, ESTEVE.

E R R A T A.

PAg. 4. *lin.* 16. ap-petala. *lege* apetala.
ib. 27. ap-petala. *lege* apetala.
21. 7. 5-ſubulatis. *lege* 5 ſubulatis.
22. 13. 5-ſubulatis. *lege* 5 ſubulatis.
31. 8. 2-erecti. *lege* 2 erecti.
34. 18. 2-longitudinalibus. *lege* 2 longitudinalibus.
40. 24. 6-ſtaminiferis. *lege* 6 ſtaminiferis.
47. 11. pettata. *lege* peltata.
55. 20. inter peduncularis. *lege* inter-peduncularis.
60. 12. appetala. *lege* apetala.
70. 11. 3-minoribus. *lege* 3 minoribus.
76. 27. *oſtigma.* lege *ſtigma.*
97. 26. 2-gibba. *lege* 2 gibba.
107. 5. 2-lateralibus. *lege* 2 lateralibus.
ib. 6. 2-membranacea. *lege* 2 membranacea.
105. 25. lagopus. *deleatur.*
197. 26. 2-gibba. *lege* 2 gibba.
104. 5. 2-lateralibus. *lege* 2 lateralibus.
ib. 6. 2-membranaceis. *lege* 2 membranaceis.
148. 5. 4-ſeſſilia. *lege* 4 ſeſſilia.
173. 6. 2-oppoſita. *lege* 2 oppoſita.
251. 6. 2-floriferis. *lege* 2-floris.
256. 7. cavente. *lege* carente.
267. 22. petiolatis. *lege* ſeſſilibus.
ib. 27. petiolatis. *lege* ſeſſilibus.
276. 31. hyandroſæmum. *lege* androſæmum.
333. 12. ramea-ſubalterna. *lege* ramea ſubalterna.

343. Scorzonera n°. 1. *ad marginem* lege *humilis*.

6. Olea n°. 1. *Anguloſa*. *lege* Anguloſa.

18. Myoſotis n°. *β*. *Glabra*. *lege* Glabra.

ib. *γ*. *Hirſuta*. *lege* Hirſuta.

20. Cynoglossum no. 1. *β*. *Montanum*. *lege* Montanum.

27. *lin. penultimâ*. *β*. *Maritimus*. lege *β*. Maritimus.

35. 35. *β*. *Biflora*. *lege* *β*. Biflora.

72. 4. *Sylveſtris*. *lege* Sylveſtris.

107. 13. *Atropurpurea*. *lege* Atropurpurea.

259. 14. Anſerina. *lege* *Anſerina*.

262. 3. Filipendulæ. *lege* *Filipendulæ*.

278. *lin. penultimâ*. Lacmus. *lege* *Lacmus*.

Claſſis Iª.

Claſſis Iª.

MONOPETALI REGULARES.

DIANDRIA

* *MONOGYNIA.*

JASMINUM.

LIGUSTRUM.

PHYLLIREA.

OLEA.

SYRINGA.

TRIANDRIA

* *MONOGYNIA.*

CROCUS.

IRIS.

TETRANDRIA

* *MONOGYNIA.*

PLANTAGO.

SANGUISORBA.

GALIUM.

ASPERULA.

SHERARDIA.

RUBIA.

CRUCIANELLA.

SCABIOSA. 6. 7. 8.

CONVALLARIA. 5.

GENTIANA. 9. 10. 11.

** *DIGYNIA.*

CUSCUTA.

*** *TRIGYNIA.*

ILEX.

PENTANDRIA

* *MONOGYNIA.* GYMNOSPERMÆ.

CRUCIANELLA. 4.
HELIOTROPIUM.
MYOSOTIS.
LITHOSPERMUM.
ANCHUSA.
PULMONARIA.
CYNOGLOSSUM.
SYMPHITUM.
CERINTHE.
BORRAGO.
ASPERUGO.

** *MONOGYNIA.* ANGIOSPERMÆ.

ANDROSACE.
PRIMULA.
CYCLAMEN.
SAMOLUS.
CAMPANULA.
PHYTEUMA.
PLUMBAGO.
CONVOLVULUS.
MENIANTHES.
HOTTONIA.
ANAGALLIS.
LYSIMACHIA.
VINEA.
ATROPA.
DATURA.
SOLANUM.

CAPSICUM.

LYCIUM.

*** *DIGYNIA.*

GENTIANA.

CYNANCHUM.

ASCLEPIAS.

CRESSA.

POLYGONUM. 6.

**** *TRIGYNIA.*

VIBURNUM.

SAMBUCUS.

HEXANDRIA

* *MONOGYNIA.*

CONVALLARIA.

HYACINTHUS.

ASPHODELUS.

* *DIGYNIA.*

POLYGONUM. 7. 8.

OCTANDRIA

* *MONOGYNIA.*

VACCINIUM.

ERICA.

DAPHNE.

STELLERA.

** *DIGYNIA.*

GENTIANA. 12.

*** *TRIGYNIA.*

POLYGONUM.

**** *TETRAGYNIA.*

ADOXA. 1.

DECANDRIA

* *MONOGYNIA.*

ARBUTUS.

** *POLYGYNIA.*

COTYLEDON.

ADOXA.

MONADELPHIA

* *POLYANDRIA.*

LAVATERA.

MALVA.

ALCEA.

ALTHÆA.

MONŒCIA

* *PENTANDRIA.*

Femina apetala. XANTHIUM. maſ....

** *POLYANDRIA.*

JUGLANS. uterque ſexus.

POTERIUM. uterque ſexus.

*** *SYNGENESIA.*

MOMORDICA. uterque ſexus.

CUCURBITA. uterque ſexus.

CUCUMIS. uterque ſexus.

BRYONIA. uterque ſexus.

DIŒCIA

* *MONANDRIA.*

Femina apetala. NAJAS. maſ....

** *OCTANDRIA.*

LAURUS. uterque ſexus.

MONOPETALI REGULARES.

DIANDRIA MONOGYNIA.

JASMINUM.

Cor. 5-fida : *tubo* cylindrico. *Bacc.* 2-cocca.

Fruticulus, flexuoſus. *fol.* compoſita.

1. JASMINUM foliis oppoſitis pinnatis. *h. m. 5. Le jaſmin.* *Officinale.*
   * PHARM. *Jaſmini* flores, oleum coctum. Extus, vis uterina, antidyſtocica.
2. JASM. foliis alternis ternatis ſimplicibuſque, ramis angulatis. *h. m. 6.* *Fruticans.*
   Jaſminum luteum vulgò dictum Bacciferum. *mag. Bot.* 139. *hort.* 105.
3. JASM. foliis alternis pinnatis ternatiſque, ramis angulatis. *h. m. 6.* *Humile.*
   Jaſminum humilius luteum. *mag. hort.* 105.

LIGUSTRUM.

Cor. 4-fida : *tubo* cylindrico. *Bacc.* 4-ſperma.

Frutex. fol. ſimplex. *inflor.* racemoſa terminalis.

1. LIGUSTRUM. *h. m. 6. Le troëne.* *Vulgare.*
   Liguſtrum germanicum. *mag. Bot.* 154. *hort.* 117.

PHILLYREA.

Cor. 4-fida: *tubo* vix ullo. *Bacc.* 1-ſperma. *Frutex. fol.* ſimplex. *inflor.* glomerata axillaris.

Media. 1. PHILLYREA foliis ovato-lanceolatis ſubintegerrimis. *linn. ſiſt. nat.* 847.
Phillyrea foliis lanceolatis ſubintegerrimis. *h. m.* 6.
Phillyrea folio liguſtri. *mag. Bot.* 202. *hort.* 159.

Anguſtifolia. 2. PHILLYR. foliis lineari-lanceolatis integerrimis. *h. m.* 7. β.
Phillyrea anguſtifolia prima. *mag. Bot.* 202. *hort.* 159.

Latifolia. 3. PHYLL. foliis ovato-cordatis ſerratis. *h. m.* 7. *Le filaris.*
Phillyrea folio ilicis. *mag. Bot.* 202.
Phillyrea latifolia ſpinoſa. *mag. hort.* 158.
Phillyrea folio leviter ſerrato. *mag. hort.* 159.

OLEA.

Cor. 4-fida: *tubo* brevi. *drup.* 1-ſperma. *Arbor. fol.* ſubtus incano-nitens. *inflor.* ſubracemoſa axillaris.

Europæa. 1. OLEA. *h. m.* 7. *L'olivier.*
Anguloſa. β. Olea media oblonga anguloſa. *mag. Bot.* 189. *hort.* 147.
Amygdalina. γ. Olea major anguloſa amygdali forma. *cj. Bot.* 189. *hort.* 147.
Craniomorpha. δ. Olea media, fructu oblongo corni figura. *Bot.* 189. *hort.* 147.
Sphærica. ε. Olea major ſubrotunda. *Bot.* 189. *hort.* 147. maxima.
Oblonga. ζ. Olea minor oblonga. *Bot.* 189. *hort.* 147.
Viridula. η. Olea media rotunda viridior. *Bot.* 190. *hort.* 147.

Olea media rotunda præcox. *Bot.* 190. *hort.* 147. ϑ. Præcox.

Olea minor rotunda racemoſa. *Bot.* 190. *hort.* 147. ι. Racemoſa.

Olea minor rotunda rubro-nigricans. *Bot.* 190. *hort.* 147. κ. Atro-rubens.

Olea minor rotunda ex rubro & nigro variegata. *Bot.* 190. *hort.* 147. λ. Variegata.

Olea ſylveſtris. *Bot.* 189. μ. Sylveſtris.

* PHARM. *Olivæ* oleum expreſſum. Extus & intus vis emolliens, laxans, lubricans, obvolvens, antidolorifica, eccoprottica, anthelmintica. *Conditæ* ſtomachicæ. *Fex* reſolvens. *Oleum* ad uncias intus.

SYRINGA.

Cor. 4-fida: *tubo* cylindrico. *capſ.* 2-locularis.

Frutex. fol. ſimplex. *inflor.* thyrſoidea terminalis.

1. SYRINGA foliis ovato-cordatis. ♄. *m.* 8. *Le lilac.* *Vulgaris.*

TRIANDRIA MONOGYNIA.

CROCUS.

Cor. 6-partita æqualis. *ſtigmata* convoluta.
Herba. fol. faſciculata linearis: ſupernè 1-ſulcata: infernè 2-ſulcata.

1. CROCUS ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo. ♄. *m.* 24. *Le ſafran.* *Sativus.*

Crocus vernus minor alter, flore minori ex albo purpureo. *mag. Bot.* 81.

Crocus vernus anguſtifolius gemino bulbo. *Bauh. pin.* 67.

* PHARM. *Croci orientalis* ſtigma, pulvis, tinctura, extractum.. Vis anodina, alexiteria, exhilarans, reſolvens, emmenagoga, antictericea, antiemetica, ophtalmica. *ſtigmata*, *pulvis*, *tinctura* ad ſcrup. ſſ... *extractum* ad grana v.

HABITAT *à la Garrigue du Terrail*, *à Montferrier*, *la Valette*, *la Colombiere*. Floret Aprili, Februario.

IRIS.

Cal. o. *cor.* 6-partita ſupera: *petalis* 3 interioribus. *ſtigma.* 3-partito-petaloideum.

Herba. fol. diſticha enſiformis. *fulc.* Bracteæ ſpathæformes flores diſtinguentes.

* *Barbatæ.*

Germanica. 1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro. *h. m.* 25. *La flambe.*

Iris vulgaris violacea ſive purpurea ſylveſtris. *mag. Bot.* 141. *hort.* 105.

* PHARM. *Ireos noſtratis* radix. Intus vis diuretica! antihydropica! emmenagoga. Extus errhina, reſolvens. *ſuccus* ab uncia 1 ad 3.

Pumila. 2. IRIS corollis barbatis, caule foliis ſubæquali unifloro. *h. m.* 26.

Iris perpuſilla acaulis fermè ſaxatilis. *mag. Bot.* 141. *hort.* 106.

Iris humilis latifolia colore violaceo. *mag. hort.* 106.

Anguſtifolia. β. Iris maritima Narbonenſis. *mag. Bot.* 141. *hort.* 106.

Iris anguſtifolia maritima minor. *Bauh. pin.* 33.

Lutea. γ. Iris minor lutea. *Bot.* 142. *hort.* 106. & flore albo. *ibid.* 106.

Iris humilis flore luteo. *Tour.* 362.

HABITAT copioſè in ſaxoſis citra & ultra amnem, *à Grabels*, ubi Martio floribus cæruleis, albis & luteis variat.

* Imberbes.

3. IRIS corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus. *h. m.* 26. *Pſeudo-acorus.*

Iris paluſtris lutea ſive acorus adulterinus. *mag. Bot.* 142. *hort.* 106.

* PHARM. *acori paluſtris* radix. Intus vis adſtringens.

4. IRIS corollis imberbibus, petalis internis longitudine ſtigmatis. *h. m.* 26. *Le glayeul puant.* *Fœtidiſſima.*

Iris ſylveſtris ſeu xyris. *mag. Bot.* 142.

Iris agria fœtida ſive xyris. *mag. hort.* 106.

TETRANDRIA MONOGYNIA.

PLANTAGO.

Cor. 4-fida reflexa. *capſ.* 2-locularis polyſperma.

Herba. fol. ſimplex. *inflor.* ſpicata terminalis.

* Scapo nudo.

1. PLANTAGO foliis ovatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *h. m.* 69. *Le plantain large.* *Major.*

Plantago latifolia ſinuata. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.

Plantago latifolia tota glabra. *mag. Bot.* 205. *hort.* 160.

* PHARM. *Plantaginis* radix, folia, aqua deſtillata, ſemina. Intus & extus vis adſtringens, vulneraria, antiulceroſa, ophtalmica.

2. PLANTAGO foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *h. m.* 69. *Le plantain moyen.* *Media.*

Plantago latifolia incana. *mag. Bot.* 303. *hort.* 160.

β. Plantago latifolia hirſuta minor. *mag. hort.* 160.
* Vis ſpeciei primæ.

Lanceolata. 3. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. *h. m.* 69. *Le plantain étroit.*
Plantago anguſtifolia major. *mag. Bot.* 206. *hort.* 160.
* Vis ſpeciei primæ.

Lagopus. 4. PLANTAGO foliis lanceolatis, ſpica ovata hirſuta, ſcapo angulato. *h. m.* 670.
Plantago anguſtifolia, capitulis lagopi. *mag. Bot.* 206. *hort.* 160.

Albicans. 5. PLANT. foliis lineari-lanceolatis hirſutis, ſpica cylindrica erecta, ſcapo tereti foliis longiore. *h. m.* 70.
Holoſteum hirſutum albicans minus. *mag. Bot.* 132.
Plantago anguſtifolia albida Monſpelienſis. *mag. hort.* 160.

Alpina. 6. PLANT. foliis linearibus planis hirſutis, ſpica oblonga erecta. *h. m.* 70.

Maritima. 7. PLANT. foliis ſemi-cylindricis integerrimis baſi lanatis, ſcapo tereti. *h. m.* 70.
Coronopus maritima major. *mag. Bot.* 76. *hort.* 63.

Subulata. 8. PLANT. foliis ſubulatis triquetris rigidis, ſcapo tereti. *h. m.* 70.
β. Coronopus ſerpentina. *mag. Bot.* 79.

Coronopus. 9. PLANT. foliis lineari-pinnatifidis. *h. m.* 70.
Coronopus hortenſis. *mag. Bot.* 79.
Coronopus ſive cornu cervinum vulgò, ſpica plantaginea. *mag. hort.* 63.

* *Caule ramoſo.*

Pſyllium. 10. PLANTAGO caule ramoſo ſuffruticoſo, foliis integerrimis, ſpicis aphyllis. *h. m.* 71. & folioſis. *ibid. L'herbe aux puces.*
Pſyllium majus ſupinum. *mag. Bot.* 214. *hort.* 165.
*PHARM. *Pſyllii* ſemina, mucilago. Vis obvolvens refrigerans, conſolidans, ophtalmica, antidyſenterica, antihæmoptoïca, gargariſmica.

Cynops. 11. PLANTAGO caule ramoſo herbaceo, foliis dentatis recurvatis, ſpicis aphyllis. *h. m.* 71.

Pſyllium majus erectum. *mag. Bot.* 214. *hort.* 165.

SANGUISORBA.

Cal. 2-phyllus. *cor.* plana. *capſ.* inter calycem & corollam.

Herba. ſol. impari-pinnata. *inflor.* ſpicata terminalis.

1. SANGUISORBA ſpicis ovatis. *h. m.* 71. *La pimprenelle.* *Officinalis.*

Pimpinella ſanguiſorba major. *mag. Bot.* 204. *hort.* 159.

* PHARM. *Pimpinellæ italicæ majoris* radix. Intus vis adſtringens tonica, antidyſenterica.

GALIUM.

Cor. 4-fida plana ſupera. *ſem.* 2, ſubgloboſa.

Herba. ſol. verticillata. *inflor.* ſub-paniculata.

* *Fructu glabro.*

1. GALIUM foliis quaternis ovatis inæqualibus, caulibus diffuſis. *h. m.* 68. *Le caille lait blanc.* *Paluſtre.*

Galium paluſtre album. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.

2. GALIUM foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevioribus. *h. m.* 66. *Le caille lait jaune.* *Verum.*

Galium luteum. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.

* PHARM. *Galii lutei* comæ floridæ. Vis antidyſenterica, antiepileptica, lac coagulans.

3. GALIUM foliis ſenis lanceolatis, retrorſum ſerrato-aculeatis rigidis, corollis fructu majoribus. *linn. ſp. pl.* 106. *ſyſt. nat.* 892. *Uliginoſum.*

HABITAT *au Capouladou & à Leſperou* in foſſis udis, & pratis.

4. GALIUM foliis octonis linearibus ſubſerratis pa- *Mollugo.*

tentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. *h. m.* 67.

Rubia ſylveſtris lævis. *mag. Bot.* 224.

Aparine ſylveſtris lævis. *mag. hort.* 19.

β. Galium album. *mag. Bot.* 104. vulgare. *hort.* 84.

Galium album vulgare. *Tour.* 115.

Mollugo montana anguſtifolia vel galium album latifolium. *B. pin.* 334.

Glaucum. 5. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis ſummo caule floriferis. *h. m.* 67.

Rubia montana anguſtifolia. *mag. Bot.* 225.

* *Fructu hiſpido.*

Rotundifolium. 6. GALIUM foliis ovatis quaternis lævibus obtuſis, panicula dichotoma, ſeminibus hiſpidis. *h. m.* 67.

Aparine. 7. GALIUM foliis octonis lanceolatis carinatis ſcabris, retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fructu hiſpido. *h. m.* 67. *Le grateron.*

Aparine vulgaris. *mag. Bot.* 25. *hort.* 19.

Pariſienſe. 8. GALIUM foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hiſpidis. *linn. ſp. pl.* 108.

Aparine minima. *mag. Bot. app.* 291.

HABITAT in ſterilibus & ſaxoſis, *à la Valette*, *la Colombiere*, & *à Gramont.*

Copioſius cum flore vidimus æſtate *à Lamalou* inter muſcos.

ASPERULA.

Cor. tubuloſa ſupera. *ſem.* 2, globoſa. *Herba. fol.* verticillata. *inflor.* faſciculata terminalis.

Odorata. 1. ASPERULA foliis octonis, faſciculis pedunculatis. *h. m.* 65.

*PHARM. *Matriſylvæ* herba. Vis diluens, diuretica, antihexanthematica.

HABITAT *à Lamalou*, & *à Leſperou.*

Arvenſis. 2. ASPERULA foliis ſenis, floribus ſeſſilibus aggregatis terminalibus. *h. m.* 65.

Rubia cærulea elatior vel erectior. *mag. Bot.* 224.

Aparine cærulea elatior. *mag. hort.* 19.

3. ASPERULA foliis quaternis ovato-lanceolatis, floribus faſciculatis terminalibus. *h. m.* 65. *Taurina.*

Aparine latifolia lævis. *mag. hort.* 19.

4. ASPERULA foliis linearibus, inferioribus ſenis, intermediis quaternis, caule flaccido, floribus pleriſque trifidis. *h. m.* 66. *Tinctoria.*

5. ASPERULA foliis inferioribus ſenis, ſummis quaternis: alternis minoribus, floribus 4-fidis. *h. m.* 66. *Cynanchica.*

Rubia cynanchica. *mag. Bot.* 225.

Aparine foliis gramineis. *mag. hort.* 19.

SHERARDIA.

Cor. tubuloſa ſupera. *ſem.* 2, tridentata.

Herba. fol. verticillata. *fulc.* Bractea rotata involucriformis flores aggregatos ſuſtinens.

1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *h. m.* 64. *Arvenſis.*

Rubia parva, flore cæruleo ſe ſpargens. *mag. Bot.* 224.

Aparine pumila ſupina flore cæruleo. *mag. hort.* 19.

RUBIA.

Cor. campanulata ſupera. *ſem.* 2, Baccata.

Herba. fol. verticillata. *rad.* ſtolonifera. *inflor.* dichotoma.

1. RUBIA foliis ſenis. *h. m.* 68. *La garence.* *Tinctorum.*

Rubia ſylveſtris Monſpeſſulana major. *mag. Bot.* 224. *hort.* 175.

* Pharm. *Rubiæ tinctorum* radix. Intus vis adſtringens, diuretica, emmenagoga, antirachitica.

CRUCIANELLA.

Cor. tubuloſa ſupera. *cal.* 2 - phyllus inferus. *ſem.* 2, linearia inter calycem & corollam.

Herba. fol. verticillata. *inflor.* ſpicata terminalis.

Anguſtifolia. 1. CRUCIANELLA erecta, foliis linearibus ſenis. *h. m.* 68.
Rubeola anguſtifolia ſpicata. *mag. Bot.* 225. *hort.* 175.

Latifolia. 2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis lanceolatis. *h. m.* 68.
Rubia latifolia ſpicata. *mag. hort.* 175.

Monſpeliaca. 3. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis ovatis, rameis ſubquinatis linearibus. *linn. ſiſt. nat. p.* 893.
Crucianella repens, foliis ſenis, ſpicis longis. *h. m.* 68.
Rubia ſpicata repens. *mag. Bot.* 225.
Rubeola ſpicata repens. *mag. hort.* 175.
Habitat in ſaxoſis *à Maoüri, & au pont de Villeneuve.*

SCABIOSA.

Cal. recept. inflor. fol. vide claſſem 2^{am}. *Tetrand. monogyn.*

Cor. 4 - fida.

Leucantha. 6. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, ſquamis calycinis ovatis obtuſis. *h. m.* 61.
Scabioſa montana calidarum regionum. *mag. Bot.* 231. *hort.* 180.

Succiſa. 7. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis. *h. m.* 62. *La ſcabieuſe des bois, ou la ſucciſe.*

Succiſa ſive morſus diaboli. *mag. Bot.* 247.
Scabioſa folio integro. *mag. hort.* 180.
*Pharm. *Morſus diaboli vel ſucciſæ* radix, herba. Vis alexiteria, vulneraria, antianginoſa, ſcabioſæ ſuccedanea.

8. SCABIOSA corollulis æqualibus quadrifidis, trifidiſque, foliis caulinis ſub 3 pinnatis. *h. m.* 62. *Gramuntiana.*
Scabioſa capitulo globoſo, foliis in tenuiſſimas lacinias diviſis. *mag. Bot.* 231. *hort.* 170.

CONVALLARIA.

Cal. Bacc. caul. vide ejuſdem claſſeos *Hexand. monogyniam.*

Cor. 4-fida rotata. *fol.* petiolata. *inflor.* racemoſa.

5. CONVALLARIA caule folioſo, foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 177. *Bifolia.*

GENTIANA.

Caſp. caul. fol. vide ejuſdem claſſeos *Pentand. digyniam.*

Cal. & Cor. 4-fida.

9. GENTIANA corollis quadrifidis fauce barbatis. *h. m.* 129. *Campeſtris.*
Gentiana verna minor. *mag. hort.* 85.

10. GENTIANA corollulis imberbibus quadrifidis verticillatis ſeſſilibus. *h. m.* 129. *Cruciata.*

11. GENTIANA corollis quadrifidis margine ciliatis. *linn. ſp.* 231. *Ciliata.*
Habitat *à Leſperou.* Floret Auguſto & Septembri.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

CUSCUTA.

Cal. 4-partitus. *cor.* 4-fida ovata. *capſ.* 2 locul. circumſciſſa.

Cotyl. o. *fol.* o. *rad.* o. *herba* paraſitica, filamentoſa.

Nota. Semina ſata emittunt cauliculum filiformem, volubilem, cotyledonibus, foliis & radicibus deſtitutum; ubi autem pars hujus ſuperior, plantæ vicinæ cuilibet ita adhæſit ut ex illa nutrimentum hauriat, tunc pars inferior marceſcit, perit. Imo ſi corpori exſucco, uti petræ, adhæreat, tota perit.

Europæa. 1. CUSCUTA floribus ſeſſilibus. *h. m.* 74. *La cuſcute, l'épithyme.*
Cuſcuta major. *mag. Bot.* 81. *hort.* 65.
Cuſcuta minor ſive epithymum. *mag. Bot.* 82. *hort.* 65.
* Pharm. *Cuſcutæ*, *epithymi* herba. Vis dubia, aperiens, antimelancholica, antihypochondriaca *ex Tourneſortio.*

TETRANDRIA

TETRAGYNIA.

ILEX.

Cal. 4-dentatus. *cor.* rotata. *ſtil.* o. *Bacc.* 4-ſperma.

Arbor. fol. ſimplex, marginibus cartilagineo-calloſa.

Aquifolium. 1. ILEX foliis ovatis acutis ſpinoſis. *h. m.* 75. *Le houx.*
Aquifolium vulgò. *mag. Bot.* 6.

Aquifolium

Aquifolium ſive agrifolium vulgò. *mag. hort.* 21.

Obs. Variat foliis integerrimis, apice tantùm ſpinoſis.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

CRUCIANELLA.

Cal. ſem. caul. fol. fulc. vide ejuſd. claſſeos *Tetrand. 2-gyniam.*

Cor. 5-fida.

4. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis, ſpicis interruptis. *h. m.* 68. *Maritima.*

Rubia maritima. *mag. Bot.* 226. Rubeola. *ejuſd. hort.* 175.

Rubia maritima aſpera. *mag. Bot.* 226.

* *GYMNOTETRASPERMÆ.*

HELIOTROPIUM.

Cor. infundibuliformis, 5-fida, interjectis dentibus: fauce clauſâ fornicibus.

Herba. inflor. ſpicata ſuboppoſitifolia: ſpicæ pars florifera recurva: fructifera ſtricta.

1. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis plicatis tomentoſis, ſpicis ſolitariis. *Linn. ſyſt. nat. pag.* 913. *Supinum.*

Habitat in herbidis, *à Valene & au Capouladou* ſecus fluvium.

Procumbit, & heliotropio vulgari multò ramoſius.

2. HELIOTROPIUM foliis ovatis petiolatis, caule erecto. *h. m.* 78. *L'heliotrope ou l'herbe aux verrues.* *Europæum.*

Heliotropium majus Dioſcoridis. *mag. Bot.* 125. *hort.*

* PHARM. *Heliotropii* herba, ſuccus. Extus vis abſtergens, antiulceroſa antiherpetica, antiverrucoſa.

MYOSOTIS.

Cor. Hypocrateriformis, 5-fida: lobis emarginatis fauce clauſâ fornicibus.

Herba. inflor. racemoſa terminalis: racemi pars florifera recurva: fructifera ſtricta.

Scorpioides. 1. MYOSOTIS ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis. *h. m.* 79. *L'oreille de ſouris.*

Glabra. β. Echium ſcorpioides paluſtre. *mag. Bot.* 88.
Lithoſpermum paluſtre minus. *mag. hort.* 121.

Hirſuta. γ. Echium ſcorpioides arvenſe. *mag. Bot.* 88.
Lithoſpermum arvenſe minus. *mag. hort.* 121.

Lappula. 2. MYOSOT. ſeminum aculeis triglochidibus, foliis piloſis lanceolatis. *h. m.* 79.
Cynogloſſum medium & minus. *mag. Bot.* 79. *hort.* 67.

Apula. 3. MYOSOTIS ſeminibus nudis, foliis hiſpidis, racemis folioſis. *h. m.* 79.
Anchuſa lutea minima. *mag. Bot.* 19. *hort.* 14.
HABITAT copioſiſſimè in luco, *en allant à Perauls.*

LITHOSPERMUM.

Cal. 5-partitus. *Cor.* infundibuliformis: fauce nudâ.

Herba & frutex; ramis floriferis bifidis.

Officinale. 1. LITHOSPERMUM ſeminibus lævibus, corollis calicem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 80. *Le gremil.*
Lithoſpermum ſive milium ſolis. *mag. Bot.* 163. *hort.* 122.

* PHARM. *Lithoſpermi* ſemina. Intus vis abſorbens, adſtringens, diuretica? mucoſa è renibus everrens?

2. LITHOSPERMUM ſeminibus rugoſis, corollis vix calyces ſuperantibus. *h. m.* 80. *Arvenſe.*

Lithoſpermum nigrum flore albo, ſemine echii. *mag. Bot.* 164.

Anchuſa anguſtifolia lithoſpermi folio flore albo. *mag. hort.* 14.

3. LITHOSPERMUM ſeminibus lævibus, corollis calycem multoties ſuperantibus. *h. m.* 80. *Purpuro-cæruleum.*

Lithoſpermum repens majus. *mag. Bot.* 163.

Anchuſa latifolia, flore purpureo. *mag. hort.* 14.

4. LITHOSPERMUM ſtaminibus corollam æquantibus. *h. m.* 80. *Fruticoſum.*

Anchuſa lignoſior anguſtifolia. *mag. Bot.* 18. *hort.* 14.

ANCHUSA.

Cor. infundibuliformis; tubo baſi priſmatico: fauce fornicatâ. *ſem.* oblonga. *Herba. inflor.* ſpicata ſecunda terminalis.

1. ANCHUSA foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis. *h. m.* 81. *La bugloſſe.* *Officinalis.*

Bugloſſum anguſtifolium majus. *mag. Bot.* 40. *hort.* 35.

* PHARM. *Bugloſſi* radix, herba, ſuccus, flores. Vis eadem ac borraginis.

2. ANCHUSA ſubtomentoſa, foliis lanceolatis obtuſis, ſtaminibus corolla brevioribus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2*a. pag.* 192. *L'orcanette.* *Tinctoria.*

Lithoſpermum *tinctorium*, villoſum, caulibus procumbentibus ſimpliciſſimis. *h. m.* 80.

Anchuſa monſpeliaca. *mag. Bot.* 18.

Anchuſa puniceis floribus. *mag. hort.* 14.

PULMONARIA.

Cor. infundibuliformis: fauce perviâ. *cal.* priſmatico-5-gonus.

Herba. fol. ſcabra ſeſſilis. *inflor.* terminalis congeſta.

Officinalis. 1. PULMONARIA foliis radicalibus ovato-cordatis ſcabris. *h. m.* 82. *La pulmonaire.*

* PHARM. *Pulmonariæ maculatæ* herba, ſyrupus. Vis vulneraria conſolidans, demulcens, bechica, antiphtyſica... Datur in ptiſanis juſculis...*ſyrupus* ad unc. II.

HABITAT in fagetis *à Lamalou, à l'Eſperou, au Vigan.*

CYNOGLOSSUM.

Cor. infundibuliformis. *fauce* fornicatâ. *ſem.* depreſſa, interiori tantùm latere ſtylo affixa.

Herba. fol. mollis. *inflor.* ſecunda ſubracemoſa.

Officinale. 1. CYNOGLOSSUM ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis ſeſſilibus tomentoſis. *h. m.* 81. *Le cynogloſſe.*

Montanum. β. Cynogloſſum majus vulgare. *mag. Bot.* 83. *hort.* 67. *Linn. demonſt. plant.* & *amæn. acad.* 3. *pag.* 402.

HABITAT β. in declivibus *au Capouladou, & à Lamalou.*

* PHARM. *Cynogloſſi* radix, herba. Intus vis adſtringens ſubnarcotica; extus reſolvens, antiulceroſa, antiphtiriaca. Intus *radix* decocta ad uſque unc. I. *folia* verò ad uſque man. I... * *pillulæ cynogloſſi* à gran. IV ad X.

Apenninum. 2. CYNOGLOSSUM ſtaminibus corollam æquantibus. *h. m.* 82.

Cynogloſſum montanum maximum. *mag. hort.* 67.

Cynogloſſum folio virenti. *mag. Bot. app.* 294.

Cynogloſſum ſempervirens. *Bauh. pin.* 257. *mag. hort.* 67.

Cynogloſſum montanum virente folio, flore majori. *Tour.* 140. & minori. *ibidem.*

3. CYNOGLOSSUM foliis tomentoſis incanis ſpathulatis ſemiamplexicaulibus. *h. m.* 82. *Cheirifolium.*
Cynogloſſum creticum argenteo anguſto folio. *mag. Bot.* 83. *hort.* 67.

SYMPHYTUM.

Cor. limbus tubulato-ventricoſus : *fauce* radiis 5-ſubulatis clauſâ. *ſtil.* calycibus longior.

Herba. fol. decurrens. *inflor.* congeſta terminalis.

1. SYMPHYTUM foliis omnibus alternis. *h. m.* 83. *La conſoude.* *Officinale.*
Symphytum conſolida major. *mag. Bot.* 247. mas & fæmina. *hort.* 190.
* PHARM. *Conſolidæ majoris* radix, herba, flores, ſyrupus. Extus & intus vis glutinans, vulneraria, obvolvens, adſtringens, antihæmoptoïca antidyſenterica, iſchæma, ... ab unc. ſſ. ad unc. 2, in decocto.

2. SYMPHYTUM foliis ſummis oppoſitis. *h. m.* 83. *Tuberoſum.*
Symphytum majus tuberosâ radice. *mag. Bot.* 248. *hort.* 191.

CERINTHE.

Cor. limbus tubulato-ventricoſus : *fauce* nudâ. *ſem.* 2, oſſea bilocularia.

Herba, ſcabra. *inflor.* laterifolia ſolitaria pedunculata. *fol.* ſcabra alterna.

1. CERINTHE foliis amplexicaulibus, corollis obtuſiuſculis patulis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2*a*, 194. *h. m.* 83. *Le melinet.* *Major.*
HABITAT *à Pezenas*, in arvis circa urbem.

ONOSMA.

Cor. limbus tubulato-ventricoſus : *fauce* nudâ. *ſem.* 4.

Herba pilis rigidis exaſperata. *inflor.* laterifolia ſolitaria pedunculata. *fol.* conferta ſparſa hiſpida.

Echioides. 1. ONOSMA foliis lanceolatis hiſpidis, fructibus erectis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. *pag.* 196.
Cerinthe, *echioides*, foliis lanceolato-linearibus hiſpidis, ſeminibus quaternis diſtinctis. *h. m.* 84.

BORRAGO.

Cor. rotata : *fauce* clauſâ, radiis 5-ſubulatis.

Herba. inflor. laterifolia ſubracemoſa.

Officinalis. 1. BORRAGO foliis omnibus alternis, caulibus patentibus. *h. m.* 84. *La bourrache.*
Borrago floribus cæruleis, & albis. *mag. hort.* 34.
* PHARM. *Borraginis* herba, ſuccus, flores. Intus vis expectorans incidens, antipleuritica, antiperipneumonica... nitro ſcatet.

ASPERUGO.

Cal. ſeminifer compreſſus, lamellis planoparallelis.

Herba. inflor. axillaris ſubſolitaria ſubſeſſilis.

Procumbens. 1. ASPERUGO calycibus fructiferis reflexis cauli appreſſis. *h. m.* 85.
Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus. *mag. Bot.* 41.
Bugloſſoides caulibus procumbentibus. *mag. hort.* 35.

** ANGIOSPERMÆ.

ANDROSACE.

Cor. Hypocrat. infera : *fauce* glanduloſâ. *capſ.* 1 - locularis.

Herba. inflor. umbellata ſimplex, terminans *ſcapum.*

1. ANDROSACE perianthiis maximis. *h. m.* 87. *Maxima.*
Androſace altera Mathioli. *mag. hort.* 14. *nov. char.* 222.

2. ANDROSACE foliis lanceolatis dentatis glabris, perianthiis angulatis corolla brevioribus. *h. m.* 87. *Septentrionalis.*

3. ANDROSACE foliis linearibus glabris, umbella involucris multoties longiore. *h. m.* 87. *Lactea.*

4. ANDROSACE foliis ſubulatis glabris, umbella involucris breviore. *h. m.* 88. *Carnea.*

PRIMULA.

Cor. infundibul. infera : *fauce* perviâ. *capſ.* 1 - locularis.

Herba. inflor. umbellata terminans ſcapum.

1. PRIMULA foliis dentatis rugoſis. *h. m.* 88. *La prime-vere.* *Officinalis.*
Primula veris caulifera pallido flore vix odoro. *mag. Bot.* 213.
Primulæ veris ſpecies omnes. *mag. hort.* 164.
* PHARM. *Primulæ veris* radix, herba, flores, conſerva, aqua.
Vis ſubanodina, nervina, cardiaca, reſolvens, antipareſica. *flor.* antivertiginoſi. *rad.* anticephalæïca.

2. PRIMULA foliis ſerratis glabris. *h. m.* 88. *L'oreille d'ours.* *Auricula.*
Obſ. hujus & prioris innumeræ in hortis varietates. Utraque variat calycibus & corollis 8-fidis, 8-andris.

Farinoſa. 3. PRIMULA foliis crenatis glabris. *h. m.* 88.

Vitaliana. 4. PRIMULA foliis linearibus integerrimis, floribus ſeſſilibus. *h. m.* 89.

Integrifolia. 5. PRIMULA foliis integerrimis glabris oblongis, calycibus tubuloſis obtuſis. *h. m.* 89.

CYCLAMEN.

Cor. rotata reflexa infera. *capſ.* baccam fovens.

Herba. *ſcapus* 1-florus: florifer ſpiralis: fructifer convolutus.

Europæum. 1. CYCLAMEN corolla retroflexa. *h. m.* 89. *Le pain de pourceau.*

Cyclamen byzantinum. *mag. Bot.* 82. *hort.* 66. & varietates.

* PHARM. *Cyclaminis* radix. *Arthanitæ* unguentum. Intus vis minùs tuta, draſtica, emmenagoga. Extus tutior, reſolvens, antiſchirroſa, cathartica, emmenagoga, anthelmintica.

SAMOLUS.

Cor. rotata ſupera. *ſtigm.* capitatum. *ſtam.* munita ſquamulis corollæ.

Herba. *fol.* alterna. *inflor.* racemoſa terminalis.

Valerandi. 1. SAMOLUS. *h. m.* *Le mouron d'eau.*

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato. *mag. Bot.* 18.

Samolus valerandi. *mag. hort.* 178.

CAMPANULA.

Cor. campanulata. *filam.* baſi dilatata. *ſtigm.* 3-fidum.

Herba. *fulc.* glandulæ ad margines foliorum. *lact.* alba *ſæpius.*

Obs. Variat calycibus, corolliſque 6-fidis, hexandris.

* *Foliis lævioribus anguſtioribus.*

1. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *h. m.* 96. *Rotundifolia.*

β. Campanula alpina linifolia cærulea. *mag. Bot.* 47. *icon.* 46.

γ. Campanula alpina rotundifolia minor. *mag. hort.* 29.

δ. Campanula rotundifolia minor vulgaris. *mag. hort.* 29.

2. CAMPAN. foliis undulatis, radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. *h. m.* 96. *Le raiponce.* *Rapunculus.*

Rapunculus eſculentus. *mag. Bot.* 220.

Campanula radice eſculentâ, flore cæruleo. *mag. hort.* 29.

3. CAMPANULA foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus ſubſerratis, ſeſſilibus remotis. *h. m.* 97. *Perſicifolia.*

Rapunculus perſicifolius magno flore. *mag. Bot.* 220.

Campanula perſicifolia. *mag. hort.* 29.

** *Foliis ſcabris latioribus.*

4. CAMPANULA caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *h. m.* 97. *Trachelium.*

Campanula vulgatior foliis urticæ, major & aſperior. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.

5. CAMPANULA caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. *h. m.* 97. *Glomerata.*

Campanula pratenſis, flore conglomerato. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.

6. CAMPANULA capſulis 5-locularibus tectis, calycum ſinubus reflexis. *h. m.* 96. *Medium.*

Campanula foliis echii, floribus villoſis. *mag. Bot.* 45. *hort.* 39.

Campanula hortenſis, folio & flore oblongo. *mag. hort.* 38.

*** *Caule ſubdiviſo.*

Speculum. 7. CAMPANULA caule diffuſo ramoſiſſimo, foliis ſeſſilibus utrinque dentatis. *h. m.* 98.
Onobrychis arvenſis, ſeu campanula arvenſis erecta. *mag. Bot.* 45.
Campanula arvenſis erecta. *mag. hort.* 39.

Hybrida. 8. CAMPANULA caule baſi ſubramoſo ſtricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corollâ longioribus, capſulis priſmaticis. *Linn. ſp. pl.* 168.
Habitat in arvis, *à Aniane*, *Villemagne*, *Viols*. Affinis priori.

Erinus. 9. CAMPANULA caule ſimplici, foliis cordatis amplexicaulibus dentatis, floribus ſeſſilibus aggregatis. *h. m.* 98.
Rapunculus minor foliis inciſis. *mag. Bot.* 220.
Campanula minor annua, foliis inciſis. *mag. hort.* 39.

Hederacea. 10. CAMPANULA foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. *Linn. ſp.* 169.
Campanula cymbalariæ folio vel hederaceo. *Tour.* 112. *mag. hort.* 39.
Habitat in arvis, *à Montpeyroux.*

PHYTEUMA.

Cor. rotata, 5-partita: laciniis linearibus. *ſtigm.* 3-fidum.
Herba. inflor. terminalis. *fulc.* bracteæ ſetaceæ floſculis interjectæ.

Hemiſphærica 1. PHYTEUMA capitulo ſubrotundo, foliis linearibus integerrimis. *h. m.* 99.

Orbicularis. 2. PHYTEUMA capitulo ſubrotundo, foliis ſerratis, radicalibus cordatis. *h. m.* 99.

Spicata. 3. PHYTEUMA ſpicâ oblongâ, capſulis 2-locularibus, foliis radicalibus cordatis. *h. m.* 99.
Rapunculus *ſpicatus ſive* comoſus cæruleus. *mag. Bot.* 220. *hort.* 172. & flore albo. *ibid.*

4. PHYTEUMA faſciculo terminali ſeſſili, foliis dentatis, radicalibus cordatis. *h. m.* 100. *Comoſa.*

PLUMBAGO.

Cor. infundibul. infera. *ſtam.* ſquamis baſin corollæ claudentibus inſerta. *ſtigm.* 5-fidum. *ſem.* 1, oblongum tunicatum.

Herba. fulc. glandulæ ſupra calyces pedicellatæ glutinoſæ.

1. PLUMBAGO foliis amplexicaulibus ciliatis, baſi anguſtioribus. *h. m.* 92. *La dentelaire.* *Europæa.*
Lepidium dentillaria dictum. *mag. Bot.* 135.
Plumbago quorundam Cluſii. *mag. hort.* 160.
* PHARM. *Dentariæ* radix. Extus vis cauſtica, antiodontalgica.

CONVOLVULUS.

Cor. campanulata plicata. *ſtigm.* 2. *capſ.* 2-locularis loculis 2-ſpermis....calycis foliola (ſæpe) inæqualia.

Herba. inflor. axillaris pedunculata.

* *Caule volubili.*

1. CONVOLVULUS foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis trifloris. *h. m.* 93. *Le petit liſeron.* *Arvenſis.*
Convolvulus minor arvenſis. *mag. Bot.* 74. *hort.* 61. flore albo. *ibid.*
* PHARM. *Convolvuli minoris* herba. Extus vis reſolvens, ſubanodina.

2. CONVOLVULUS foliis ſagittatis poſticè truncatis, pedunculis unifloris. *h. m.* 93. *Le grand liſeron.* *Sepium.*
Convolvulus major albus. *mag. Bot.* 73. *hort.* 61.
Convolvulus major albus maritimus, craſſiori & auriculato folio. *mag. Bot.* 73. β. *Maritimus.*

* Pharm. *Convolvuli majoris* herba. Extus vis eadem prioris.

Althæoides. 3. CONVOLVULUS foliis palmatis cordatis ſericeis; lobis repandis, pedunculis bifloris. *h. m.* 93.

Convolvulus peregrinus pulcher folio betonicæ. *mag. Bot.* 74.

Convolvulus argenteus althææ folio. *mag. hort.* 61.

** *Caule proſtrato nec volubili.*

Cneorum. 4. CONVOLVULUS foliis lanceolatis obtuſis ſericeis. *h. m.* 94.

Convolvulus ſpicæfolius argenteus radice repente. *mag. Bot.* 74. *hort.* 62.

Cantabrica. 5. CONVOLVULUS foliis lineari-lanceolatis acutis, caule ramoſo recto, pedunculis bifloris. *h. m.* 94.

Convolvulus minimus ſpicæfolius, vel ſtæchadi citrinæ affinis aut linariæ folio. *mag. Bot.* 74. *hort.* 62.

Soldanella. 6. CONVOLVULUS foliis reniformibus, pedunculis unifloris. *h. m.* 94. *La ſoldanelle ou chou marin.*

Soldanella maritima minor. *mag. Bot.* 244.

Convolvulus maritimus noſtras. *mag. hort.* 61.

* Pharm. *Soldanellæ* herba. Vis draſtica, hydragoga, antihydropica. *pulvis* à drachm. ſſ. ad drachm. 1. *ſuccus* ad unc. ſſ. *folia* ad man. 1. in juſculo.

MENIANTHES.

Cor. rotata hirſuta. *ſtigm.* 2-fidum. *capſ.* 2-locularis.

Herba, immerſa. *fol.* natans. *inflor.* emerſa racemoſa vel ſolitaria.

Trifoliata. 1. MENIANTHES foliis ternatis. *h. m.* 91. *Le treſle d'eau.*

* Pharm. *Trifolii aquatici* herba, ſuccus. Vis

roborans, ſaponacea, diuretica antihydropica, antiſcorbutica, antipodagrica.

HABITAT circa Nemauſum, ubi obſervavit illam *Clar. Seguierus.*

2. MENIANTHES foliis cordatis integerrimis. *Linn. ſp.* 145. *Nymphoides.*

Nymphæa minor lutea, flore fimbriato. *mag. Bot.* 302.

Nymphoides aquis innatans. *mag. hort.* 145.

HABITAT in foſſis inundatis cum utricularia; *à Lattes* ad lævam, & eodem tempore floret: pedunculi uniflori, ſolitarii, aut geminati, ſæpe aggregati.

HOTTONIA.

Cor. Hypocrat. *ſtam.* tubo corollæ impoſita. *ſtigm.* globoſum. *capſ.* 1-locularis.

Herba immerſa. *fol.* alterna pinnata. *inflor.* emerſa, verticillato-racemoſa terminans ſcapum.

1. HOTTONIA pedunculis verticillato-multifloris. *Linn. ſp.* 145. *Paluſtris.*

HABITAT in paludibus *au Caila.* Floret Junio, Julioque.

ANAGALLIS.

Cor. rotata. *ſtigm.* capitatum. *capſ.* 1-locularis, circumſciſſa.

Herba 4-gona. *fol.* oppoſita ſeſſilis integerrima.

1. ANAGALLIS foliis indiviſis, caule procumbente. *h. m.* 93. *Le mouron.* *Arvenſis.*

Anagallis phæniceo flore. *mag. Bot.* 17. *maſ. hort.* 14. *β.* Phænicea.

Cærulea. γ. Anagallis cæruleo flore. *mag. Bot.* 17. fæmina. *hort.* 14.

* PHARM. *Anagallidis* herba, ſuccus. Vis cephalica, anticonvulſiva vulneraria.... Variat foliis ſummis ternis.

LYSIMACHIA.

Cor. rotata. *ſtigm.* obtuſum. *capſ.* mucronata 10-valvis.

Herba. ſol. oppoſita ſimplex. *inflor.* incerta.

* *Floribus terminalibus.*

Vulgaris. 1. LYSIMACHIA paniculata, racemis terminalibus. *h. m.* 90. *La corneille ou chaſſeboſſe.*

Lyſimachia lutea major. *mag. Bot.* 172. *hort.* 128.

* PHARM. *Pelliboſſæ* herba. Vis aſtringens, vulneraria.

** *Floribus axillaribus.*

Linum ſtellatum. 2. LYSIMACHIA foliis ſubulatis, pedunculis folio brevioribus, caule erecto ramoſiſſimo. *h. m.* 91.

Linum minimum ſtellatum. *mag. Bot.* 163. *icon.* 162. *hort.* 122.

HABITAT copioſiſſimè in ſterilibus, & herbidis, *à Selleneuve.*

Nemorum. 3. LYSIMACHIA foliis orbiculatis acuminatis ſeſſilibus, pedunculis folio duplo longioribus, caule procumbente. *h. m.* 91.

Anagallis lutea nemorum. *mag. hort.* 14.

Nummularia. 4. LYSIMACHIA foliis orbiculatis obtuſis ſubpetiolatis, pedunculis longitudine foliorum, caule repente. *h. m.* 91. *L'herbe aux écus ou la nummulaire.*

Nummularia major lutea. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

* PHARM. *Nummulariæ* herba. Vis ſaponacea, ſubaſtringens, iſchæma vulneraria, antileucorrhoïca.

5. LYSIMACHIA foliis ovatis acutiuſculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. *h. m.* 91. *Tenella.*
Nummularia minor purpuraſcente flore. *mag. Bot.* 187. *hort.* 144.

VINCA.

Cor. Hypocrater. contorta. *ſtigm.* alterum altero impoſitum. *folliculi* 2 - erecti.
Herba ſuffruticoſa flexuoſa. *fol.* enervia oppoſita integerrima.

1. VINCA floribus pedunculatis ſolitariis, nectariis globoſis. *h. m.* 119. *La pervanche.* *Major.*
Clematis daphnoides major. *mag. Bot.* 70. *hort.* 58. flore albo, variegato. *ibid.*
* PHARM. *Vincæ pervincæ* herba. Intus vis adſtringens. Extus ſophiſticans, gargariſmica.

DATURA.

Cal. tubuloſus angulatus deciduus. *cor.* infundibul. plicata. *capſ.* 2-locularis, 4-valvis.
Herba. inflor. interfoliacea ſolitaria. *fulc.* ſpinulæ capſulares.

1. DATURA pericarpiis ſpinoſis ovatis erectis. *h. m.* 104. *L'endormie ou le ſtramonium.* *Stramonium.*
Solanum fœtidum, pomo ſpinoſo, flore albo. *mag. Bot.* 243.
Stramonia ſeu datura major fœtida, pomo ſpinoſo oblongo. *mag. hort.* 190.
* PHARM. *Stramonii* folia, ſemina. Intus vis inebrians, phantaſtica, perniciosa; extus ſtupefactiva, emolliens, ſubreſolvens, antihemorrhoidalis, anticancroſa, antiulceroſa.

ATROPA.

Cor. campanulata. *ſtam.* diſtantia incurvata. *bacc.* globoſa 2-locularis.

Herba. inflor. interfoliacea ſolitaria. *fructus* nudi.

Belladonna. 1. ATROPA foliis geminatis, calycibus monocarpis, caule erecto. *h. m.* 107. *La belladonne.*

Solanum ſomniferum & lethale. *mag. Bot.* 243.

Solanis affinis belladonna dicta. *mag. hort.* 186.

* Pharm. *Belladonnæ* folia, baccæ, aqua. Intus vis vertiginoſa, phantaſtica, paralytica, anodina, narcotica, perniciosa niſi cautiſſimè agatur; extus anodina, reſolvens, faciei rubori, hemorrhoidum phlogoſi, cacoethe adverſa, anticarcinomatoſa †... Contra carcinoma intus datur quâlibet vice cyathus infuſi foliorum belladonnæ exſiccatorum ad ſcrup. 1. in aq. lib. v.

Obſ. frequens *à l'Eſperou*, ubi variat floribus 6-fidis dodecandris.

SOLANUM.

Cor. rotata. *antheræ* ſubcoalitæ, apice poro gemino dehiſcente. *bacc.* 2-locularis.

Frutex & *herba. inflor.* caulina ſubracemoſa, ſupra axillaris.

* *Inermia.*

Dulcamara. 1. SOLANUM caule inermi flexuoſo frutеſcente, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. *h. m.* 108. *La douce amere.*

Solanum ſcandens ſeu dulcamara. *mag. Bot.* 243. *hort.* 186.

* Pharm. *Dulcamaræ* ſtipites. Vis diluens, mundificans, diuretica, pellens, antiictericа, rheumatiſmo,

matiſſimo, pleuritidi, aſthmati adverſa *ex Linnæo*. *Stipitum* unc. 2 in aq. comm. pint. 2 coctæ.

2. SOLANUM foliis pinnatis, foliolis integerrimis: impari maximo. *h. m.* 109. *Le taupinambour.* *Tuberoſum.*

Solanum tuberoſum eſculentum. *mag. hort.* 186.

3. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis nutantibus. *h. m.* 109. *La morelle.* *Nigrum.*

Solanum officinarum baccis rubris. *mag. Bot.* 243. *hort.* 186.

β. Solanum officinarum baccis luteo-vireſcentibus. *mag. hort.* 186.

* PHARM. *Solani* herba, ſuccus, aqua. Extus vis anodina, repellens, antiphlogiſtica, anticarcinomatoſa, antiproctalgica.

** *Spinoſa.*

4. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis tomentoſis nigris, calycibus ſpinoſis. *h. m.* 110. *L'aubergine.* *Melongena.*

Solanum pomiferum fructu oblongo. *mag. hort.* 187. albo. *ibid.*

β. Solanum pomiferum fructu incurvo. *mag. hort.* 187.

Silic. orbiculata, emarginata, integra, compreſſo-plana decidua.

Herba rigida. *fol.* integerrima ſcabriuſcula.

Jonthlaſpi. 1. CLYPEOLA ſiliculis unilocularibus monoſpermis. *h. m.* 322.
Thlaſpi clypeatum ſerpyllifolio. *mag. Bot.* 252.
Lunaria minima ſerpyllifolia. *mag. hort.* 124.

Maritima. 2. CLYPEOLA perennis, ſiliculis bilocularibus ovatis diſpermis. *h. m.* 322.
Thlaſpi narbonenſe centunculi anguſto folio. *mag. Bot.* 251.

BISCUTELLA.

Silic. compreſſo-plana rotundata, ſuprà infràque 2-loba margine carinato. *cal.* foliola baſi gibba.

Herba rigida. *fol.* ſcabra. *inflor.* paniculæ ramis divaricatis.

Didyma. 1. BISCUTELLA ſiliculis orbiculato-didymis à ſtylo divergentibus. *h. m.* 322. *La lunetiere.*
Thlaſpi parvum hieracifolium, ſive lunaria lutea monſpeliaca. *mag. Bot.* 252.
Lunaria lutea Dalechampii. *mag. hort.* 24.

TETRADYNAMIA

SILIQUOSÆ.

DENTARIA.

Siliq. elaſticè diſſiliens: valvulis revolutis: *ſtigma* emarginatum. *cal.* longitudinaliter connivens.

Herba ſimpliciſſima. *fol.* digitata.

Pentaphyllos 1. DENTARIA foliis ſummis digitatis. *h. m.* 323. *La dentaire.*
Dentaria heptaphyllos & pentaphyllos. *mag. hort.* 61.

CARDAMINE.

Siliq. linearis ſubcylindrica : valvulis elaſticè diſſilientibus revolutis. *ſtigm.* integrum. *cal.* ſubhians.

Herba debilis. *fol.* compoſita pinnata.

1. CARDAMINE foliis radicalibus pinnatis, foliolis ſubrotundis, caulinis linearibus. *Linn. ſiſt. nat.* 1131. *h. m.* 324. *Pratenſis.*
Cardamine pratenſis magno flore. *Tour.* 224.

2. CARDAMINE foliis pinnatis exſtipulatis, foliolis obtuſis lanceolatis, floribus corollatis. *Linn. ſiſt.* 1131. *h. m.* 324. *β.* *Parviflora.*
Naſturtium pratenſe parvo flore. *mag. Bot.* 183.
Cardamine pratenſis parvo flore. *Tour.* 224.

3. CARDAMINE foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. *h. m.* 324. *Amara.*
Cardamine, ſive naſturtium aquaticum majus & elatius. *mag. hort.* 43.

4. CARDAMINE foliis inferioribus ovatis integris, intermediis ternatis, ſummis pinnatis. *h. m.* 325. *Reſedifolia.*

SISYMBRIUM.

Siliq. dehiſcens : valvulis rectis. *cal.* & *cor.* patens.

Herba debilis. *inflor. fol.* incerta.

* *Siliquis declinatis brevibus.*

1. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. *h. m.* 325. *Le creſſon d'eau.* *Naſturtium.*
Naſturtium aquaticum ſupinum. *mag. Bot.* 183.
* PHARM. *Naſturtii aquatici* herba, ſuccus, ſyrupus. Vis diuretica, deobſtruens, antiſcorbutica, pectoralis, lacti ſubincocta.. *herba* ad manip. I. in juſculo... *aqua* ab unc. IV, ad VIII.. *ſyrupus* ab unc. ſſ. ad. I.

Sylveſtre. 2. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis ſerratis. *h. m.* 325. *allion. pedem. tab.* 7.

OBS. Variat foliolis ſummis linearibus integerrimis.

Amphibium. 3. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis. *h. m.* 325.

Aquaticum. β. Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis. *mag. Bot.* 219. cardamine. *mag. hort.* 43.

Tenuifolium. 4. SISYMBRIUM foliis integerrimis, bipinnatifidis; ſummis integris. *Linn. ſiſt.* 1132. *cent.* 50. *La roquette ſauvage.*

Eruca tenuifolia perennis luteo flore. *mag. Bot.* 91. *hort.* 74.

Sinapi erucæ folio. *Bauh. pin.* 99.

HABITAT copioſè circa urbem, in muris antiquis, & locis ſterilibus.

* *Siliquis axillaribus ſeſſilibus.*

Polyceratium. 5. SISYMBRIUM ſiliquis axillaribus ſubulatis aggregatis, foliis repando-dentatis. *h. m.* 326.

Eryſimum polyceration, ſive corniculatum. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.

Murale. 6. SISYMBRIUM foliis lyratis denticulatis, ſiliquis ſeſſilibus. *h. m.* 326.

Eruca ſylveſtris minor lutea burſæ paſtoris folio. *mag. Bot.* 91. *hort.* 74.

* *Foliis bipinnatis.*

Aſperum. 7. SISYMBRIUM ſiliquis ſcabris, foliis pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis ſubdentatis, corollis calyce longioribus. *h. m.* 326.

Siſymbrium monſpeſſulanum ſiliquâ hirſutâ aſperâ. *mag. Bot.* 242.

Sinapi monſpeſſulanum ſiliquâ aſperâ hirſutâ. *mag. hort.* 184.

Irio. 8. SISYMBRIUM foliis pinnato-haſtatis: extimo haſtato. *h. m.* 326.

Eryſimum latifolium majus glabrum. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.

ERYSIMUM.

Siliq. columnaris exactè tetraëdra. *cal.* connivens.

Herba debilis. *fol.* incerta.

1. ERYSIMUM ſiliquis ſpicæ adpreſſis. *h. m.* 327. *Le velar, ou tortelle.* *Officinale.*
Eryſimum vulgare. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.
* PHARM. *Eryſimi* herba, ſyrupus. Vis incidens, expectorans, abſtergens, antiaſthmatica, antiraucedinoſa, antiiſchurica.. *herba* ad man. I. ſeu II. in infuſo.. *ſyrupus* ad unc. I.

2. ERYSIMUM foliis lyratis, extimo ſubrotundo. *h. m.* 327. *L'herbe de Ste. Barbe.* *Barbarea.*
Eruca latifolia lutea, ſive barbarea. *mag. Bot.* 98. *hort.* 74.
* PHARM. *Barbareæ* herba, ſemina. Vis vulneraria, abſtergens, antiſcorbutica, diuretica.

3. ERYSIMUM foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 328. *L'alliaire*, alliaria. *mag. Bot.* 8. *Alliaria.*
Heſperis allium redolens. *mag. hort.* 97.
* PHARM. *Alliariæ* herba, *ſuccus.* Vis diuretica, incidens, antiaſthmatica, antiulceroſa, antigangrænodæa.

CHEIRANTHUS.

Germen utrinque denticulo glanduloſo. *cal.* connivens foliolis 2 baſi gibbis oppoſitis. *ſem.* plana.

Suffruticulus & *herba. fol.* (*ſæpius*) mollis.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis. *h. m.* 329. *Le violier jaune.* *Cheiri.*
Leucoium luteum vulgare. *mag. Bot.* 154.
* PHARM. *Cheiri* herba, flores, conſerva, oleum, ſuccus, ſemina. Vis anodina, antirheumatiſma-

lis, nervina, antiapoplectica, pellens, uterina, ſubabortiva *ex Geoffr... flores* & *folia* ad man. i. in vini lib. i... *ſemina* à drach. i. ad drach. ii.

Incanus. 2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. *h. m.* 329. *Le violier des jardins.*

Leucoium incanum majus. *mag. hort.* 115.

Annuus. 3. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis ſubdentatis obtuſis incanis, ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *h. m.* 329.

Leucoium incanum minus. *mag. hort.* 115.

Triſtis. 4. CHEIRANTHUS foliis linearibus ſubſinuatis, floribus ſeſſilibus petalis undatis, caule ſuffruticoſo. *h. m.* 329. *fruticuloſus.* n°. 5.

Leucoium minus breviori folio, obſoleto flore. *Barr. icon.* 999. n°. 2.

Sinuatus. 5. CHEIRANTHUS B. ſiliquis muricatis, foliis tomentoſis, radicalibus ſubſinuatis. *Linn. ſiſt. nat.* 1134.

Leucoium maritimum ſinuato folio. *pin.* 201. *mag. Bot.* 154. *hort.* 116.

Habitat in toto tractu maritimo; *à Perauls*, *Maguelone*, *Cete*, *Agde.*

Siliquæ longæ cylindricæ tomentoſæ craſſæ, punctis prominulis ſcabræ.

Littoreus. 6. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis ſubdentatis ſubtomentoſis ſubcarnoſis, petalis emarginatis, ſiliquis tomentoſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 925.

Leucoium maritimum anguſtifolium. *mag. Bot.* 154. *hort.* 116.

Habitat cum priori & copioſè circa *Maguelone* & *Perauls.*

HESPERIS.

Petala obliquè flexa. *glandula* inter ſtam. breviora. è *ſiliqua* ſtricta. *ſtigm.* baſi bifurcâ apice connivente. *calyx* clauſus. *Herba* rigidiuſcula. *fol.* ſimplex ſcabra.

1. HESPERIS caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis lanceolatis ſerratis ſcabris, ſiliquis ſeſſilibus. *h. m.* 330. *Africana.*

Heſperis ſylveſtris parvo flore. *mag. Bot.* 127. *hort.* 97.

2. HESPERIS caule erecto ramoſo, foliis cordatis amplexicaulibus ſerratis. *h. m.* 330. *Verna.*

Draba ſiliquoſa floribus violaceis. *mag. Bot.* 87.

Leucoium maritimum latifolium alterum. *mag. hort.* 116.

Habitat in ſummo cacumine montis Lupi copiosè, & ibi nudicaulem ſæpe obſervavimus, altitudinis ſeſquipalmaris aut etiam vix bipollicaris.

3. HESPERIS caule ſimplici erecto, foliis ſubhaſtatis dentatis, petalis obtuſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2[a]. 927. *Inodora.*

Heſperis ſylveſtris inodora. *Tour.* 222. & pannonica inodora. *Bauh. hiſt.* 2. 878.

Habitat copiosè *à l'Eſperou. Caulis* cubitalis, rarò ramoſus. *Folia* ſæpe vix denticulata.

ARABIS.

Glandulæ 4 nectariferæ intra foliola calycis, ſquamæ inſtar reflexæ. *ſtigma* ſimplex.

Herba ſcabra. *fol.* ſimplex ſcabra.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus dentatis. *h. m.* 331. *Alpina.*

β. Draba alba ſiliquoſa. *mag. Bot.* 87.

Leucoium vernum perenne album. *mag. hort.* 116.

2. ARABIS foliis petiolatis lanceolatis ſubintegerrimis ciliatis. *h. m.* 331. *Thaliana.*

Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major. *mag. Bot.* 43.

Turritis vulgaris ramoſa. *mag. hort.* 201.

3. ARABIS foliis amplexicaulibus, ſiliquis decurvis planis linearibus. *h. m.* 331. *Turrita.*

Turritis vulgatior. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.

Leucoium heſperidis folio. *mag. hort.* 117.

TURRITIS.

Siliq. longiſſima angulata. *cal.* connivens. *petala* erecta.

Herba ſcabra ſimpliciſſima. *inflor.* racemo coarctato longiſſimo, ſtrictiſſimo.

Hirſuta. 1. TURRITIS foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus. *h. m.* 331. *La tourrette.*

Turritis minor, barbarea muralis. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.

BRASSICA.

Cal. connivens erectus. *ſem.* globoſa: *glandulæ* 2 inter ſtamina breviora & piſtillum; 2 inter longiora & calycem.

Herba. fol. incerta.

Nota. Ita affinis ſequenti ac arabis heſperidi.

* *Stylo obtuſiuſculo.*

Napus. 1. BRASSICA radice caulescente fuſiformi. 332. *Le navet.*

Napus ſativa. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

* Pharm. *Napi* radix, ſuccus, ſemina. *Vis radicis* flatulenta, pectoralis, tuſſi inveteratæ, phtyſi, aſthmati adverſa, extus reſolvens, anodina. *Seminum* vis incidens, aperiens, diuretica, diaphoretica.

Rapa. 2. BRASSICA radice caulescente orbiculari depreſſa carnoſa. *h. m.* 332. *La rave.*

Rapum ſylveſtre non bulboſum. *mag. Bot.* 219.

Rapa ſativa. *mag. hort.* 171. oblonga & rotunda.

* Pharm. *Rapæ* radix, ſyrupus, ſemina. Vis flatulenta, aphrodiſiaca, pectoralis, aſthmati, tuſſi contumaci, phtyſi adverſa, antiaphtoſa; extus antiotalgica, antiperníonica.

Oleracea. 3. BRASSICA radice caulescente tereti carnoſa. *h. m.* 333. *Le chou.*

Braſſica & ejus varietates. *mag. hort.* 34.

* Pharm. *Braſſicæ rubræ* folia, ſuccus, ſemina. Vis flatulenta, alkaleſcens, antiſcorbutica, abſtergens, pectoralis, tuſſi, raucedini, cephalalgiæ crapuloſæ adverſa.

** *Erucæ ſiliquis ſtylo enſiformi.*

4. BRASSICA foliis dentato-pinnatifidis, caule hiſpido, ſiliquis lævibus. *h. m.* 333. ***Erucaſtrum.***
Eruca ſylveſtris major lutea, caule aſpero. *Tour.* 227.

5. BRASSICA foliis lyratis, caule hirſuto, foliis glabris. *h. m.* 333. *La roquette.* ***Eruca.***
Eruca latifolia ſativa alba. *mag. hort.* 74.
* Pharm. *Erucæ* herba, ſemina. Vis ſtomachica, diuretica, antiſcorbutica, aphrodiſiaca antiapoplectica, paralyſi linguæ adverſa, attrahens, rubefaciens.

SINAPIS.

Cal. horizontaliter patens. *cor.* ungues rectæ. *glandulæ* 2 inter ſtamina breviora & piſtillum, interque longiora & calycem 2. *ſiliqua* dehiſcens.
Herba ſcabra. *fol.* ſcabriuſcula.

1. SINAPIS ſiliquis multangulis toroſo turgidis roſtro longioribus. *h. m.* 333. *La moutarde.* ***Arvenſis.***
Rapiſtrum flore luteo. *mag. Bot.* 219.
Sinapi arvenſe præcox ſemine nigro. *mag. hort.* 184.

2. SINAPIS ſiliquis tetragonis glabris. *h. m.* 333. *Autre moutarde.* ***Nigra.***
Sinapi ſiliquâ latiuſculâ glabrâ, ſemine rufo, ſive vulgare. *mag. Bot.* 241.
Sinapi rapi folio. *mag. hort.* 185.
* Pharm. *Sinapeos* ſemina, oleum, expreſſum. Vis diuretica, aphrodiſiaca, antihydropica, antiparalytica, antiſoporoſa, ſternutatoria, ſialagoga, diaphoretica, ſtomachica, anticachectica, attrahens, ſubepiſpaſtica.

3. SINAPIS ſiliquis hiſpidis roſtro obliquo longiſſimo. *h. m.* 334. ***Alba.***

Sinapi apii folio. *mag. hort.* 185.
* PHARM. *Sinapi albi* ſemina, oleum expreſſum. Vis prioris ſuccedanea.

RAPHANUS.

Cal. clauſus. *ſiliq.* toroſa ſubarticulata teres. *glandulæ* melliferæ ut in prioribus.
Herba ſcabra. *fol.* pinnata ſcabra.

Sativus. 1. RAPHANUS ſiliquis teretibus toroſo-bilocularibus. *h. m.* 334. *Le raifort. Le radi.*
Raphanus minor oblongus. *mag. hort.* 171.
β. Raphanus major orbicularis. *mag. hort.* 171.
γ. Raphanus niger. *mag. hort.* 171.
* PHARM. *Raphani* radix, ſuccus, ſemina. Vis ructatrix, attenuans, diuretica, antiiſchurica, aſthmati convulſivo, raucedini adverſa, ſubemetica.

Raphaniſtrum. 2. RAPHANUS ſiliquis teretibus articulatis lævibus, unilocularibus. *h. m.* 334. *Le raifort ſauvage.*
Rapiſtrum flore albo, ſiliquâ articulatâ. *mag. Bot.* 219.
Raphaniſtrum flore albo ſtriato, ſiliquâ articulatâ. *mag. hort.* 171.

BUNIAS.

Silicula tetraëdra, decidua, angulis inæqualibus acuminatis muricata.
Herba. fol. incerta, ſimplex.

Erucago. 1. BUNIAS ſiliquis tetragonis: angulis bicriſtatis. *h. m.* 335. *La maſſe au bedeau.*
Erucago monſpeliaca ſiliquâ quadrangulâ echinatâ. *mag. Bot.* 91.
Erucago ſegetum. *mag. hort.* 75.

Cakile. 2. BUNIAS ſiliquis ovatis tetragono-ancipitibus, foliis pinnatifidis carnoſis. *h. m.* 75.
Eruca maritima italica ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili. *mag. Bot.* 92.
Erucago maritima. *mag. hort.* 74.

Claſſis VII[a].

TETRAPETALI IRREGULARES.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

HYPECOUM.

DODECANDRIA

TRIGYNIA.

EUPHORBIA.

TETRADYNAMIA.

IBERIS.

DIADELPHIA

OCTANDRIA.

POLYGALA.

DIADELPHIA

DECANDRIA.

SPARTIUM.
GENISTA.
ONONIS.
ANTHYLLIS.
LUPINUS.
ROBINIA.
COLUTEA.
PHASEOLUS.
PISUM.
OROBUS,

LATHYRUS.

VICIA.

CICER.

ERVUM.

CYTISUS.

GLYCYRRHIZA.

CORONILLA.

ORNITHOPUS.

HYPPOCREPIS.

SCORPIURUS.

HEDYSARUM.

ASTRAGALUS.

BISSERULA.

PSORALEA.

TRIFOLIUM.

LOTUS.

TRIGONELLA.

MEDICAGO.

TETRAPETALI IRREGULARES.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

HYPECOUM.

Cal. 2-phyllus. *petala* 2-oppoſita exteriora latiora 3-fida. *ſiliq.* compreſſa articulata.

Herba. fol. glauca pinnata: foliolis inciſis.

1. HYPECOUM ſiliquis arcuatis compreſſis. *h. m.* 74. *Procumbens.*
Hypecoüm ſiliquoſum. *mag. Bot.* 134.
Hypecoüm ſiliquis articulatis incurvis. *mag. hort.* 101.

2. HYPECOUM ſiliquis cernuis teretibus cylindricis. *h. m.* 75. *Pendulum.*

DODECANDRIA

TRIGYNIA.

EUPHORBIA.

Cal. 1-phyllus ventricoſus. *petala* peltata. *capſ.* 3-cocca.

Herba. fol. ſparſa ſimplex. *lacteſc.* alba glutinoſa acris.

* *Dichotomæ, umbellâ 2-fidâ aut nullâ.*

Chamæſyce. 1. EUPHORBIA dichotoma, foliis crenulatis ſubrotundis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *h. m.* 231.
Tithymalus exiguus glaber nummulariæ folio. *mag. hort.* 197.
Chamæſice. *mag. Bot.* 62.

Peplis. 2. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *h. m.* 231.
Peplus maritima folio rubro & albo. *mag. Bot.* 200.
Tithymalus maritimus folio obtuſo aurito rubro & viridi. *mag. hort.* 197.

Peploïdes. 3. EUPHORBIA cymoſa, foliis integerrimis obliquè cordatis acuminatis, floribus axillaribus ſolitariis, germinibus ovatis acutis. Peplus minor. *mag. Bot.* 200.
Tithymalus annuus ſupinus folio rotundiore acuminato. *Tour.* 87. *mag. hort.* 197.
HABITAT in arvis. *Caulis* vix palmaris erectus apice multifidus; *rami* patentes in cymam; *capſulæ* obſoletè trigonæ acutæ.

** *Umbellâ trifidâ.*

Peplus. 4. EUPHORBIA umbellâ trifidâ, dichotomâ, involucellis ovatis, foliis integerrimis obverſè ovatis petiolatis. *h. m.* 232.
Peplus, ſive eſula rotunda. *mag. Bot.* 200.
Tithymalus foliis rotundis non crenatis. *mag. hort.* 197.

OBS. A priori diverſiſſima, caule, foliis, & præſertim capſulis trigonis obtuſiuſculis; angulis ſulco exaratis.

Exigua. 5. EUPHORBIA umbellâ trifidâ, dichotomâ, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *h. m.* 232.
Tithymalus, ſive eſula exigua. *mag. Bot.* 306. *hort.* 197.

β. Tithymalus exiguus ſaxatilis. *mag. Bot.* 259. *icon.* 258. *Retuſa.*
Tithymalus anguſtifolius ſaxatilis. *mag. hort.* 197.

*** *Umbellâ quadrifidâ.*

6. EUPHORBIA umbellâ quadrifidâ, dichotomâ, foliis oppoſitis integerrimis. *h. m.* 252. *L'épurge.* *Lathyrus.*
Tithymalus cataputia dictus. *mag. hort.* 197.
* PHARM. *Cataputiæ minoris* ſemina. Vis intus corrodens, draſtica, anginizans, tormina hypercatharſim excitans; extus antiverrucalis. Robuſtis ſemina à x-xx, exoleta, cauta.. *ſuccus lacteus* cum ſale tartari digeſtus inſpiſſatus, ſcammonii ſmyrnenſis ſuccedaneus *ex Chomelio.*

**** *Umbellâ quinquefidâ.*

7. EUPHORBIA umbellâ quinquefidâ, bifidâ, involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. *h. m.* 232. *Dulcis.*
Tithymalus montanus non acris. *mag. Bot.* 306.
OBS. Folia euphorbiæ verrucoſæ; capſulæ tuberculatæ.
8. EUPHORBIA umbellâ ſub 5-fidâ, bifidâ, involucellis cordato-reniformibus, foliis ſurſum imbricatis carnoſis. *h. m.* 233. *Paralias.*
Tithymalus maritimus. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.
9. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, dichotomâ, involucellis cordato-acutis, foliis lineari-lanceolatis, ramis floriferis. *h. m.* 233. *Segetalis.*
Tithymalus amygdaloïdes anguſtifolius. *mag. Bot.* 256.
β. Tithymalus lini folio acuto. *mag. Bot.* 86. *hort.* 196.
* PHARM. *Tithymali amygdaloïdis* radix. Præcedenti analoga. *Radix* in juſculo à *drach.* ſſ. ad *drach.* 1. adversùs febres intermittentes.
10. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, trifidâ, dichotomâ, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *h. m.* 233. *Helioſcopia.*
Tithymalus helioſcopius. *mag. Bot.* 256. *hort.* 197.

Serrata. 11. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, trifidâ, dichotomâ, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis ſerratis. *h. m.* 233.
Tithymalus characias folio ſerrato. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

Verrucoſa. 12. EUPHORBIA umbellâ quinquefidâ, ſubtrifidâ, bifidâ, involucellis ovatis, foliis lanceolatis ſerrulatis villoſis, capſulis verrucoſis. *h. m.* 233.
Euphorbia, *ſtricta*, foliis lanceolatis ſerrulatis glabris. *Linn. ſyſt. nat.* 1049.
Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.

Platyphyllos 13. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, ſubquadrifidâ, dichotomâ, involucellis primariis tetraphyllis, foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *h. m.* 233.

Piloſa. 14. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, trifidâ, bifidâ, involucellis ovatis, petalis integris, foliis lanceolatis ſubpiloſis apice ſerrulatis. *h. m.* 234.
Tithymalus characias pratenſis incanus. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.

**** *Umbellâ multifidâ.*

Eſula. 15. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis ſubcordatis, petalis ſubbicornibus, ramis ſterilibus, foliis uniformibus. *h. m.* 234. *La grande éſule.*
Tithymalus foliis pini fortè Dioſcoridis. *mag. Bot.* 256. *hort.* 196.
Tithymalus lithoſpermi majoris folio. *mag. Bot.* 305. *hort.* 196.
* Pharm. *Eſulæ majoris* radicis cortex, ſemina, extractum. Vis ſubſequentis.

Cypariſſias. 16. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis ſubcordatis, ramis ſterilibus, foliis ſetaceis, caulinis lanceolatis. *h. m.* 234. *La petite éſule.*
Tithymalus cypariſſias. *mag. Bot.* 256. *hort.* 196.
* Pharm. *Eſulæ minoris* radicis cortex, ſemina, extractum. Vis corrodens, draſtica, inflammatoria; cortex correctus hydropicis, cachecticis, febribus

febribus intermittentibus, quartanæ proficuus. Datur à *ſcrup.* 1 ad drach. 1, in ſubſtantia; ad drach. 2. in infuſo.. *extractum* à ſcrup. 1. ad drach. ſſ.. *ſemina* n°. x aut xii. robuſtis: exolevit: cautè uſurpanda.

17. EUPHORBIA umbellâ ſuboctofidâ, bifidâ, involucellis ſubovatis, foliis ſpathulatis patentibus carnoſis mucronatis, apice ſcabris. *h. m.* 234. *Myrſinites.*
Tithymalus myrſinites latifolius. *mag. hort.* 196.

18. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis petiolatis orbiculatis, foliis obtuſis. *h. m.* 234. *Amygdaloïdes.*
Tithymalus characias amygdaloïdes. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

19. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis perfoliatis ſubcordatis, foliis lanceolatis integerrimis. *h. m.* 235. *Sylvatica.*
Tithymalus characias rubens germanicus. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

20. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, bifidâ, involucellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis, caule fruteſcente. *h. m.* 235. *Characias.*
Tithymalus characias rubens peregrinus. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

TETRADYNAMIA.

IBERIS.

Cal. 4-phyllus. *petala* 2 exteriora vicina majora. *ſilicula* emarginata polyſperma.

Herba. fol. incerta. *inflor.* racemoſo-corymboſa.

1. IBERIS foliis lanceolato-linearibus carnoſis integerrimis ciliatis, ramulis ſeneſcentibus ſuffruticoſis apice nudiuſculis. *Saxatilis.*
Thlaſpi ſaxatile vermiculato folio acuto. *Bauh. pin.* 107. *Tour.* 213.

HABITAT in ſaxoſis, *au mont S. Loup*, & circa *Lamalou*, *Fougeres*. Vix 2-pollicaris. Ramuli diffuſi. Siliculæ ſuborbiculatæ magnæ emarginatæ.

Umbellata. 2. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis, inferioribus ſerratis, ſuperioribus integerrimis. *h. m.* 319.
Thlaſpi umbellatum creticum iberidis folio. *mag. hort.* 194.

Amara. 3. IBERIS foliis lanceolatis acutis ſubdentatis, floribus racemoſis. *h. m.* 319.
Thlaſpi umbellatum arvenſe iberidis folio. *mag. app.* 305. *hort.* 194.

Nudicaulis. 4. IBERIS foliis ſinuatis, ſcapo nudo ſimplici. *h. m.* 319.
Burſa paſtoris minor foliis inciſis. *mag. Bot.* 43. *hort.* 37.

Pinnata. 5. IBERIS foliis linearibus pinnatifidis. *h. m.* 319.
Thlaſpi alterum umbellatum naſturtii folio monſpeliacum. *mag. Bot.* 250. *hort.* 194.

DIADELPHIA

OCTANDRIA.

POLYGALA.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2 alæformibus coloratis. *legum.* obcordatum biloculare.

Herba. fol. ſparſa integerrima. *inflor.* racemoſa terminalis.

Vulgaris. 1. POLYGALA floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis linearibus lanceolatis. *h. m.* 355.
Polygala major. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.
β. Polygala vulgaris. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.
γ. Polygala vulgaris flore albo. *mag. hort.* 162.
* PHARM. *Polygalæ herba.* Vis reſolvens, expec-

torans, antipleuritica, antiperipneumonica, & polygalæ virginianæ (quæ in phlogoſi membranacea ſpecifica eſt *ex Linnæo*) ſuccedanea, ſed debilior. Datur pro potu ordinario pleuriticis, peripneumonicis polygalæ manipulus cum radicis altheæ *unc.* ſſ. & liquiritiæ *drach.* ij, in aquæ ferventis pinta læviter infuſus.

2. POLYGALA floribus criſtatis racemoſis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus acutis. *h. m.* 355. *Monſpeliaca.*

Polygala acutioribus foliis monſpeliaca. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.

β. Polygala annua erecta anguſtifolia, floribus coloris obſoleti, carneis lineis virgatis. *mag. Bot.* 208. *hort.* 162.

γ. Polygala floribus purpuraſcentibus monſpeliaca. *mag. hort.* 162.

δ. Polygala floribus cæruleis. *mag. hort.* 162.

DIADELPHIA

DECANDRIA.

SPARTIUM.

Stigma longitudinale, ſupra villoſum. *filamenta* adhærentia carinæ & germini. *cal.* deorſum prominens.

Frutex. fol. inflor. & *fulc.* incerta.

* *Foliis ſimplicibus.*

1. SPARTIUM ramis oppoſitis teretibus apice floriferis, foliis lanceolatis. *h. m.* 355. *Le genêt d'Eſpagne.* *Junceum.*

Geniſta juncea. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.

* PHARM. *Geniſtæ hiſpanicæ* folia, rami, ſummitates, cineres. Vis geniſtæ vulgaris.

2. SPARTIUM ramis angulatis, racemis lateralibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 355. *Monoſpermum.*

Scorpius. 3. SPARTIUM ramis ſpinoſis patentibus, foliis ovatis. *h. m.* 355. *Le genêt épineux.*
Geniſta-ſpartium majus ſpinoſum, flore luteo. *mag. Bot.* 106. *hort.* 84.

** *Foliis ternatis.*

Complicatum. 4. SPARTIUM foliis ternatis, foliolis involutis, caulibus inermibus glabris, leguminibus ſcabris. *h. m.* 355.
Cytiſus foliis incanis anguſtis quaſi complicatis. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.

Scoparium. 5. SPARTIUM foliis ternatis ſimplicibuſque, ramis inermibus angulatis. *h. m.* 356. *Le genêt à balais.*
Cytiſus ſcoparius vulgaris. *mag. hort.* 67.
* PHARM. *Geniſtæ vulgaris* folia, rami, ſummitates, cineres. Vis diuretica hydragoga, antihydropica, aperiens. Datur *herba* aquæ aut vino decocta, *ſemina* ad drach. 1 ſſ. *cineres* in vino albo infundantur.

Spinoſum. 6. SPARTIUM foliis ternatis, ramis angulatis ſpinoſis. *h. m.* 356.
Acacia trifolia. *mag. Bot.* 1.
Cytiſus ſpinoſus. *mag. hort.* 67.

GENISTA.

Cal. 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *vexillum* oblongum à piſtillo ſtaminibuſque deorſum reflexum.

Caul. incerta. *fol.* ſimplex integerrima. *inflor.* & *fulc.* incerta.

* *Inermes.*

Candicans. 1. GENISTA foliis ternatis ſubtus villoſis, pedunculis lateralibus ſubquinquefloris foliatis, leguminibus hirſutis. *Linn. amæn. Acad.* 4. 284. *ſp. plant. edit.* 2a. 997.

Cytiſus, *monſpeſſulanus*, floribus lateralibus, foliis hirſutis, caule ſtriato. *h. m.* 375.

2\. GENISTA ramis ancipitibus articulatis, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 356. *Sagittalis.*

Geniſtella herbacea, ſive chamæſpartium. *mag. hort.* 84.

3\. GENISTA foliis lanceolatis, ramis ſtriatis teretibus erectis. *h. m.* 357. *Le genêt.* *Tinctoria.*

Geniſta tinctoria germanica. *mag. Bot.* 106. *hort.* 85.

* PHARM. *Geniſtæ tinctoriæ.* Vis ſpartii primi & quinti.

4\. GENISTA foliis lanceolatis obtuſis, caule tuberculato-decumbente. *h. m.* 357. *Piloſa.*

Geniſta piloſa. *mag. Bot.* 106.

Geniſta ramoſa foliis hyperici. *mag. hort.* 84.

** *Spinæ laterales.*

5\. GENISTA ſpinis decompoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis linearibus piloſis. *h. m.* 357. *Hiſpanica.*

Geniſtella ſpinoſa monſpeliaca. *mag. Bot.* 106.

Geniſta-ſpartium montis ventoſi. *mag. hort.* 85.

6\. GENISTA ſpinis compoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 357. *Germanica.*

Geniſta ſpinoſa minor germanica. *mag. hort.* 84.

7\. GENISTA ſpinis ſimplicibus, ramis ſtoloniferis inermibus, foliis lanceolatis. *Linn. ſyſt. nat.* 1157. *Anglica.*

Geniſta-ſpartium minus anglicum. *Tour.* 645.

HABITAT *à l'Eſperou*, *à Banahu.*

8\. GENISTA ſpinis terminalibus, ramis teretibus ſtriatis, foliis lanceolatis ſimplicibus pubeſcentibus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 999. *Purgans.*

Geniſta, ſeu ſpartium purgans. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 404. *Tour.* 644.

HABITAT *à l'Eſperou.* Rami conferti. Folia lanceolata obtuſa, ſeu obversè ovata.

ONONIS.

Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. *vexillum* ſtriatum. *legum.* turgidum ſeſſile.

Caul. inflor. fol. incerta. *fulcr.* ſtipulæ geminæ adnatæ vaginanti-amplexicaules.

* *Floribus ſeſſilibus.*

Spinoſa. 1. ONONIS floribus racemoſis ſolitariis, foliis ternatis, ramis ſpiniformibus. *h. m.* 558. *L'arrête-bœuf.*

Ononis ſpinoſa flore purpureo. *mag. Bot.* 20. *hort.* 16.

* PHARM. *Ononidis radix*, hujus cortex, aqua. Vis diuretica! incidens, deobſtruens, emmenagoga, antiſarcocelica, ſeu potiùs antihydrocelica, abſtergens, antiſcorbutica. *Radix* vel *cortex* illius, in ſubſtantia ad drach. 1. in decocto ad drach. ſſ.

Arvenſis. 2. ONONIS floribus racemoſis geminatis, foliis ternatis, ramis inermibus. *h. m.* 359.

Minutiſſima. 3. ONONIS floribus ſeſſilibus lateralibus, foliis omnibus ternatis petiolatis, ſtipulis calycibuſque ſetaceis. *h. m.* 359.

Ononis puſilla glabra fruticans trifoliis affinis. *mag. Bot.* 22. *hort.* 18.

* * *Floribus pedunculatis.*

Natrix. 4. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ternatis. *h. m.* 359.

Ononis viſcoſa ſpinis carens lutea major. *mag. Bot.* 20. *hort.* 18.

Viſcoſa. 5. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ſimplicibus ternatiſque. *h. m.* 360.

Ononis ſpinis carens viſcoſa latifolia lutea annua. *mag. Bot.* 21. *hort.* 18.

Cherleri. 6. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ternatis, ſtipulis dentatis. *h. m.* 360.

Ononis minima hirſuta Cherleri. *mag. Bot.* 20.

ANTHYLLIS.

Cal. ventricoſus. *legum.* ſubrotundum tectum.
Herba. fol. inflor. fulcr. incerta.

1. ANTHYLLIS foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus. *h. m.* 361. *Tetraphylla.*
Lotus pentaphyllos veſicaria. *mag. Bot.* 166.
Loto affinis vel lotus pentaphyllos veſicaria. *mag. hort.* 123.

2. ANTHYLLIS foliis pinnatis: impari majore, capitulis duplicatis. *h. m.* 361. *La vulnéraire des payſans.* *Vulneraria.*
Loto affinis vulneraria pratenſis. *mag. Bot.* 166. *hort.* 123.
HABITAT copiosè circa Nemauſum; *au Capouladou; à Montferrier.*
* PHARM. *Vulnerariæ herba.* Vis vulneraria. Inuſitata.

3. ANTHYLLIS foliis pinnatis æqualibus, capitulo terminali. *h. m.* 361. *Montana.*
Aſtragalus villoſus floribus globoſis. *mag. Bot.* 34.
Barba Jovis pumila villoſo flore globoſo purpureo. *mag. hort.* 31.

LUPINUS.

Cal. 2-labiatus. *antheræ* alternæ 5 oblongæ, 5 ſubrotundæ. *legum.* coriaceum.
Herba. fol. digitata. *inflor.* ſubverticillata.

1. LUPINUS calycibus ſemiverticillatis appendiculatis, labio ſuperiore bifido, inferiore ſubtridentato. *h. m.* 362. *Le lupin.* *Varius.*
Lupinus ſylveſtris purpureo flore, ſemine rotundo vario. *mag. Bot.* 167. *hort.* 124.
β. Lupinus ſylveſtris purpureo flore, ſemine rotundo vario minore. *mag. Bot.* 301. *hort.* 124.

Hirſutus. 2. LUPINUS calycibus verticillatis appendiculatis, labio ſuperiore & inferiore integris. *h. m.* 362.

Lupinus flore purpuraſcente latifolius hirſutus. *mag. Bot.* 167. *hort.* 124.

Abundat in loco dicto *la Garrigue de Perauls*, ad dexteram.

Luteus. 3. LUPINUS calycibus verticillatis appendiculatis, labio ſuperiore bipartito, inferiore tridentato. *h. m.* 362.

Lupinus luteo flore, ſemine compreſſo vario. *mag. Bot.* 167.

Lupinus ſylveſtris flore luteo. *mag. hort.* 124.

ROBINIA.

Cal. 4-dentatus: denticulo ſupremo emarginato. *vexillum* patens reflexum ſubrotundum. *legum.* 1-loculare polyſpermum.

Arbor. fol. pinnata. *fulcr.* aculei ſtipuliformes.

Pſeudoacacia 1. ROBINIA pedunculis racemoſis, foliis imparipinnatis. *h. m.* 363.

Glycyrrhiza arbor. *mag. hort.* 89.

COLUTEA.

Cal. 2-labiatus. *legum.* inflatum ſupra baſin dehiſcens.

Frutex. inflor. axillaris racemoſa.

Arboreſcens. 1. COLUTEA foliolis obcordatis. *h. m.* 364. *Le baguenaudier.*

Colutea veſicaria. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.

PHASEOLUS.

Stigma pubeſcens. *carina* cum ſtaminibus ſtyloque ſpiraliter tortis.

Herba, volubilis. *fol.* ternata : foliolis lateralibus obliquè ovatis extrorſum latioribus.

1. PHASEOLUS caule volubili, floribus racemoſis geminis, bracteis calyce majoribus, leguminibus pendulis. *h. m.* 364. *Le haricot.* *Vulgaris.*
Phaſeolus major, ſive ſmilax hortenſis. *mag. hort.* 158.
Idem fructu pallido, fructu nigro, aut variegato. *mag. hort.* 158.

2. PHASEOLUS caule volubili, floribus racemoſis geminis, bracteis calyce brevioribus, leguminibus pendulis. *h. m.* 364. *Coccineus.*
Phaſeolus puniceo flore. *mag. hort.* 158.

PISUM.

Cal. laciniæ ſuperiores 2 breviores. *ſtylus* triangulus ſuprà carinatus & villoſus.

Herba, volubilis. *fol.* incerta. *fulcr.* cirrhus ad apicem foliorum.

1. PISUM ſtipulis infernè rotundatis crenatis, petiolis teretibus, pedunculis multifloris. *h. m.* 366. *Le pois.* *Sativum.*
Piſum umbellatum. *mag. hort.* 160.
β. Piſum majus quadratum. *mag. hort.* 160.

2. PISUM petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunculis unifloris. *h. m.* 366. *Ochrus.*
Ochrus folio integro capreolos emittente. *mag. Bot.* 188. *hort.* 145.

OROBUS.

Cal. baſi obtuſus : laciniis ſuperioribus profundioribus, brevioribus. *ſtylus* linearis ſuprà villoſus.

Herba. fol. abruptè-pinnata nuda.

Vernus. 1. OROBUS foliis pinnatis ovatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *h. m.* 366. *L'orobe.*

Orobus ſylvaticus purpureus vernus. *mag. hort.* 151.

Tuberoſus. 2. OROBUS foliis pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *h. m.* 366.

Orobus ſylveſtris anguſtifolius aſphodeli radice. *mag. Bot.* 303. *hort.* 151.

Niger. 3. OROBUS caule ramoſo, foliis ſexjugis ovato-oblongis, ſtipulis ſubulatis. *h. m.* 366.

Orobus ſylvaticus foliis viciæ. *mag. Bot.* 196. *hort.* 151.

Pyrenaïcus. 4. OROBUS caule ramoſo, foliis bijugis, trijugis, quadrijugiſve lanceolatis nervoſis, ſtipulis ſubſpinoſis. *h. m.* 366.

OBS. Stipulæ magnæ; foliola in petiolum planum decurrentia.

LATHYRUS.

Cal. laciniæ ſuperiores 2 breviores. *ſtylus* planus, ſupernè latior, ſuprà villoſus.

Herba, ſcandens, triquetra. *fol.* unijuga. *fulc.* cirrhus ad apicem petioli communis.

* *Pedunculis unifloris.*

Niſſolia. 1. LATHYRUS pedunculis unifloris, foliis ſimplicibus, ſtipulis ſubulatis. *h. m.* 367.

Lathyrus ſylveſtris minor. *mag. Bot.* 150.

Lathyrus anguſtifolius erectus folio ſingulari ſine capreolis. *mag. hort.* 113. *icon.* 112.

Aphaca. 2. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis. *h. m.* 367.

Vicia lutea foliis convolvuli minoris. *mag. Bot.* 278.

Aphaca lobelii. *mag. hort.* 19.

Amphicarpos. 3. LATHYRUS pedunculis unifloris calyce longioribus, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis. *h. m.* 368.

Viciæ ſimilis ſupra infraque terram fructus gerens. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

4. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compreſſis dorſo canaliculatis. *h. m.* 368. *Cicera.*

Lathyrus ſativus flore purpureo. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.

5. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compreſſis, dorſo 2-marginatis. 368. *La geſſe.* *Sativus.*

Lathyrus ſylveſtris flore fructuque albo. *mag. Bot.* 150. *hort.* 119.

6. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ſetaceo-linearibus. *h. m.* 368. ſeminibus ſubſphæricis. *Setifolius.*

Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.

Obs. *Caulis* debilis ſubſimplex; *ſtipulæ* lineares appendiculatæ; *pedunculi* ſtipulis triplo longiores.

7. LATHYRUS pedunculis unifloris cirrho terminatis, cirrhis diphyllis, foliolis linearibus. *h. m.* 369, ſeminibus angulatis. *Angulatus.*

Lathyrus anguſtifolius humilior. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.

Obs. *Caulis* erectus ramoſus. *Petioli* ſtipulis æquales. *Stipulæ* lanceolatæ.

** *Pedunculis biſloris.*

8. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lineari-lanceolatis, leguminibus hirſutis, ſeminibus ſcabris. *h. m.* 369. *Hirſutus.*

Lathyrus anguſtifolius ſiliquâ hirſutâ. *mag. hort.* 112.

9. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus, leguminibus glabris, ſtipulis bipartitis. *h. m.* 369. *Annuus.*

Lathyrus hiſpanicus flore luteo. *Tour. inſt.* 395.

Lathyrus luteus latifolius. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.

Habitat ad mare, præſertim *à Maguelone*; & in locis à Magnolio citatis non vidi.

*** *Pedunculis multifloris.*

Tuberoſus. 10. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. *h. m.* 369.

Lathyrus arvenſis repens tuberoſus. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.

Pratenſis. 11. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, cirrhis ſimpliciſſimis. *h. m.* 369.

Lathyrus ſylveſtris luteus dumetorum. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.

Latifolius. 12. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, petiolis membranaceis. *h. m.* 370.

Lathyrus latifolius. *mag. Bot.* 151. *hort.* 112.

Heterophyllus. 13. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, 4-phylliſque, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *h. m.* 370.

Lathyrus major narbonenſis anguſtifolius. *mag. Bot.* 151. *hort.* 112.

VICIA.

Stylus ſub ſtigmate barbatus. *glandula* inter ſtamina 9 coalita & germen.

Herba, angulata ſcandens. *fol.* conjugata. *fulcr.* cirrhus ad apicem petioli communis.

Nota. Hinc patet affinitas inter genera lathyri, viciæ, & ervi.

* *Floribus racemoſis.*

Dumetorum. 1. VICIA pedunculis multifloris, foliolis reflexis mucronatis ovatis, ſtipulis ſubdentatis. *h. m.* 370.

Vicia ſepium perennis. *mag. Bot.* 307. *hort.* 204.

Sylvatica. 2. VICIA pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, ſtipulis denticulatis. *h. m.* 371.

3. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. *h. m.* 371. *Cracca.*

Vicia perennis dumetorum multiflora. *mag. Bot.* 277. *hort.* 204.

4. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis ſecundis, caule hirſuto, ſtipulis denticulatis.... *Gerard. gallop. icon. pag.* 496. *Incana.*

Vicia perennis incana multiflora. *mag. Bot.* 277. *hort.* 204. *Tour.* 397.

HABITAT in pratis prope ſtagna, *à Perauls*, *Lattes*, *& à Cete. Caulis* perennis, pilis argenteis tectus. *Racemi* axillares foliis duplo breviores. *Petioli* planiuſculi, ſulcati, foliolis utrinque 10-14 ovalibus hirſutie albicantibus. *Stipulæ* ſemiſagittatæ baſi denticulis tribus æqualibus.

5. VICIA pedunculis multifloris, floribus diſtantibus, foliolis linearibus, ſtipulis infernè denticulatis. *h. m.* 371. *Onobrychioïdes.*

Vicia ſive cracca foliis & ſiliquis longioribus. *mag. Bot.* 277.

Viciæ parvum genus folio longo. *mag. hort.* 205.

6. VICIA pedunculis multifloris, petiolis ſulcatis ſubdodecaphyllis, foliolis lanceolatis glabris. *h. m.* 371. *Biennis.*

Vicia perennis multiflora majori flore cæruleo & albo. *mag. Bot.* 307. *hort.* 204.

** *Floribus axillaribus ſubſeſſilibus.*

7. VICIA leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliolis retuſis, ſtipulis maculâ notatis. *h. m.* 371. *La veſſe.* *Sativa.*

Vicia ſativa vulgaris. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

β. Vicia ſylveſtris vulgaris ſemine parvo & nigro frugum. *mag. Bot.* 276. *hort.* 206. *Tour. inſt.* 397.

8. VICIA leguminibus ſolitariis ſeſſilibus erectis glabris, foliolis ſenis, inferioribus obcordatis. *h. m.* 371. *Lathyroïdes.*

Vicia, ſive craccæ minimum genus cum ſiliquis glabris. *mag. Bot.* 277. *hort.* 205.

Lutea. 9. VICIA leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis ſolitariis pentaſpermis, corollæ vexillis glabris. *h. m.* 372.

Vicia luteo flore ſylveſtris. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

Hybrida. 10. VICIA leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis pentaſpermis, corollæ vexillis villoſis. *h. m.* 372.

Peregrina. 11. VICIA leguminibus ſeſſilibus pendulis glabris tetraſpermis, foliolis linearibus emarginatis. *h. m.* 372.

Vicia anguſtifolia purpuro-violacea, ſiliquâ latâ glabrâ. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

Sepium. 12. VICIA leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis, exterioribus decreſcentibus. *h. m.* 372.

Narbonenſis. 13. VICIA leguminibus ſubſeſſilibus ſolitariis erectis villoſis, foliis ſenis ſubovatis, ſtipulis denticulatis. *h. m.* 373.

Faba ſylveſtris fructu rotundo atro. *mag. Bot.* 96.

Faba. 14. VICIA caule erecto, petiolis cirrho deſtitutis. *h. m.* 373. *La feve.*

Faba major recentiorum. *mag. hort.* 76.

* PHARM. *Fabæ* ſemina, farina, ſtipites combuſti. Vis nutriens, flatulenta, reſolvens, maturans, tumoribus glandularum, ſcroti, mammarum adverſa. *Cineres* geniſtæ cineribus ſuccedanei.

CICER.

Cal. 5-partitus: laciniis 4-ſuperioribus vexillo incumbentibus. *legum.* 1-loculare, rhombeum, 2-ſpermum, turgidum.

Herba, erecta. *fol.* impari-pinnata. *fulc.* filum terminans pedunculos.

Arietinum. 1. CICER foliolis ſerratis ovatis, baſi integerrimis, ſtipulis dentatis. *h. m.* 373. *Le pois chiche.*

Cicer ſativum. *mag. Bot.* 65. *hort.* 55.

β. Cicer arietinum fructu nigro. *mag. hort.* 55.

ERVUM.

Cal. 5-partitus æqualis. *legum.* 1-loculare teretiuſculum, nodoſum.

Herba, angulata, ſcandens. *fol.* conjugata. *fulc.* cirrhus terminans petiolos.

Obs. Manifeſtè differt à viciis, proportione & numero floſculorum qui minimi pauciſſimique, 2-4 in eodem pedunculo.

1. ERVUM germinibus compreſſis convexis orbiculatis. *h. m.* 374. *La lentille.* *Lens.*
Lens vulgaris. *mag. Bot.* 152.
Lens major. *mag. hort.* 114. & minor. *ibid.*

2. ERVUM pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. *h. m.* 374. *Tetraſpermum.*
Vicia multifolia cum latis ſiliquis. *mag. Bot.* 152. *hort.* 114.

3. ERVUM pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis nudis. *h. m.* 374. *Hirſutum.*
Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis. *mag. Bot.* 277. *hort.* 114.

4. ERVUM germinibus undato-plicatis. *h. m.* 374. *Les ers.* *Ervilia.*
Orobus receptus herbariorum. *mag. Bot.* 196.
Ervum multis, ſive orobus. *mag. hort.* 75.
* Pharm. *Ervi* ſemina, orobi farina. Vis reſolvens, maturans.

5. ERVUM pedunculis ſubbifloris cirrhoſis, petiolis acuminatis, foliolis obtuſis. *h. m.* 374. *Solonienſe.*
Vicia minima præcox Pariſienſium. *Tour. inſt.* 397.

CYTISUS.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. *legum.* baſi attenuatum, pedicellatum 1-loculare polyſpermum.

Fruticulus. *fol.* ternata: foliolis æqualibus.

Nigricans. 1. CYTISUS racemis ſimplicibus erectis, foliolis ovato-oblongis. *h. m.* 375.

Seſſilifolius. 2. CYTISUS racemis erectis, calycibus bracteâ triplici auctis, foliis floralibus ſeſſilibus. *h. m.* 375.
Cytiſus glaber ſiliquâ latâ. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.

Supinus. 3. CYTISUS floribus capitatis, ramis decumbentibus. *h. m.* 375.
Cytiſus foliis ſubrufâ lanugine hirſutis. *mag. hort.* 67.

Argenteus. 4. CYTISUS floribus pedunculatis ſubſeſſilibuſque, foliis tomentoſis conduplicatis, caule fruticoſo. *h. m.* 376.
Trifolium argenteum floribus luteis. *mag. Bot.* 267.
Cytiſus humilis anguſtifolius argenteus. *mag. hort.* 67.

GLYCYRRHIZA.

Cal. 2-labiatus $\frac{3}{1}$. *legum.* ovatum compreſſum, ſub 1-ſpermum.

Suffrutex, glutinoſus. *rad.* horizontalis ſtolonifera. *fol.* pinnata impari petiolato.

Glabra. 1. GLYCYRRHIZA leguminibus glabris. *h. m.* 377. *La régliſſe.*
Glycyrrhiza glabra & germanica, radice repente. *mag. Bot.* 110.
Glycyrrhiza ſiliquoſa vel germanica. *mag. hort.* 89.
* PHARM. *Liquiritiæ* radix, trochiſci. Vis edulcorans, bechica, antinephritica, antidyſſurica, rheumatiſmo, tuſſi adverſa.

CORONILLA.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. ſuperioribus denticulis connatis. *vexillum* vix alis longius. *legum.* iſthmis interceptum articulatum rectum.

Frutex.

Frutex. inflor. capitata : capitulis depreſſo-dimidiatis axillaribus.

1. CORONILLA pedunculis ſubtrifloris, corollarum unguibus calyce duplo longioribus, caule angulato. *h. m.* 377. *Emerus.*
Colutea ſiliquoſa, vel ſcorpioïdes major. *mag. Bot.* 76. *hort.* 60.

2. CORONILLA foliolis quinatis ternatiſque lineari-lanceolatis ſubcarnoſis obtuſis. *h. m.* 377. *Juncea.*
Colutea caule geniſtæ fungoſo. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.

3. CORONILLA foliolis ſubnovenis, ſtipulis ſuborbiculatis. *h. m.* 377. *Valentina.*
Polygala valentina. *mag. Bot.* 303.
Colutea minima, ſive coronilla. *mag. hort.* 60.

4. CORONILLA foliolis ſuborbiculatis, ſtipulis ovatis, pedunculis complanatis. *h. m.* 378. *Glauca.*
Coronilla ſcorpioïdes coronata. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.
Coronilla ſcorpioïdes maritima glauco folio. *mag. hort.* 60.

5. CORONILLA procumbens, foliis lanceolatis novenis, ſtipulâ oppoſitifoliâ emarginatâ. *h. m.* 378. *Minima.*
Ferrum equinum gallicum. *mag. Bot.* 97.

6. CORONILLA herbacea, leguminibus erectis teretibus toroſis numeroſis, foliolis plurimis glabris. *h. m.* 378. *Varia.*
Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliquis articulatis. *mag. Bot.* 235.
Colutea dumetorum flore vario, ſiliquis articulatis. *mag. hort.* 60.

7. CORONILLA herbacea leguminibus falcato-gladiatis, foliolis plurimis. *h. m.* 378. *Securidaca.*
Securidaca lutea major. *mag. Bot.* 399. *hort.* 182.

Obs. Ultimæ duæ ſpecies, licèt herbaceæ, perennant & ſempervirent.

ORNITHOPUS.

Legum. articulatum teres arcuatum.
Herba. inflor. axillaris : pedunculis digitato-ſubquinquefloris.

Perpuſillus. 1. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus ſubarcuatis. *h. m.* 379.
Ornithopodium radice tuberculis nodoſâ. *mag. hort.* 150.

Compreſſus. 2. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus compreſſis rugoſis, pedunculis folio terminatis. *h. m.* 379. *Le pied d'oiſeau.*
Ornithopodio affinis hirſuta ſcorpioïdes. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.

Scorpioïdes. 3. ORNITHOPUS foliis inferioribus ſimplicibus, ſummis ternatis impari maximo, ſtipulâ oppoſitifoliâ emarginatâ. *h. m.* 379.
Scorpioïdes an cratevæ telephium. *mag. Bot.* 232.
Scorpioïdi affinis portulacæ folio. *mag. hort.* 181.

HIPPOCREPIS.

Legum. ſubarticulatum, curvum, compreſſum : alterâ ſuturâ pluries emarginatum.
Herba. fol. impari-pinnata : petiolis baſi aphyllis.

Uniſiliquoſa. 1. HIPPOCREPIS leguminibus ſolitariis ſubſeſſilibus. *h. m.* 380.
Ferrum equinum ſiliquâ ſingulari. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.

Multiſiliquoſa. 2. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine interiore ſinuatis. *h. m.* 380.
Ferrum equinum ſiliquâ multiplici. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.

Comoſa. 3. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine exteriore repandis. *h. m.* 380.

Ferrum equinum germanicum ſiliquis in ſummitate. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.

Obs. Hippocrepis 2 & 3 quandoque perennant, & fiunt ſuffruticuloſæ.

SCORPIURUS.

Legum. ſubarticulatum, iſthmis interceptum, revolutum, teres.

Herba. fol. ſimpliciſſima integerrima attenuato-petiolata.

1. SCORPIURUS pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique ſquamis obtuſis. *h. m.* 381. *Vermiculata.*
   Scorpioïdes ſiliquâ craſsâ Boëlii. *mag. hort.* 181.
2. SCORPIURUS pedunculis ſubquadrifloris, leguminibus extrorſum ſpinis confertis acutis. *h. m.* 381. *Subvilloſa.*
   Scorpioïdes repens buplevri folio. *mag. Bot.* 233. *hort.* 181.
3. SCORPIURUS pedunculis ſubtrifloris, leguminibus extrorſum ſpinis diſtinctis acutis. *h. m.* 381. *Sulcata.*

HEDYSARUM.

Cor. carina tranſversè obtuſa (ſeu ſubtriangularis) *legum.* ſubrotundum, 1-ſpermum compreſſum.

Herba. fol. pinnata. *fulcr.* ſpinulæ ſupra legumen.

1. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis aculeatis corollarum alis calyce brevioribus. *h. m.* 382. *Le ſainfoin.* *Onobrychis.*
   Onobrychis folio viciæ, fructu echinato, major. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.
   * Pharm. Onobrychis folia, ſudorifica, theam odore referentia, ideo ſuccedanea.
2. HEDYSARUM foliis pinnatis, pedunculis ſubtrifloris, floribus alternis ſeſſilibus ſubſpicatis. *h. m.* 382. *Caput galli.*

Onobrychis fructu echinato minor. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.

Humile. 3. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articulatis aſperis, corollæ alis obſoletis, ſpicis hirſutis, caulibus depreſſis. *h. m.* 383.

Onobrychis ſemine clypeato aſpero, minor. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.

ASTRAGALUS.

Legum. 2-loculare, gibbum, rotundatum. *Herba. inflor.* & *fol.* ut in priori. *fulc.* ſtipulæ adnatæ.

* *Caulibus folioſis.*

Glycyphillos. 1. ASTRAGALUS caulescens, proſtratus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis, foliolis ovalibus pedunculo longioribus. *h. m.* 384.

Aſtragalus luteus perennis procumbens vulgaris. *mag. hort.* 27.

Hamoſus. 2. ASTRAGALUS caulescens procumbens, leguminibus ſubulatis glabris recurvatis. *h. m.* 384.

Securidaca lutea minor corniculis recurvis. *mag. Bot.* 235.

Aſtragalus luteus annuus monſpeliacus procumbens. *mag. hort.* 26.

Seſameus. 3. ASTRAGALUS caulescens, diffuſus, capitulis lateralibus ſeſſilibus pedunculatiſque, erectis, ſubulatis, acumine reflexis. *h. m.* 385.

Ornithopodio affinis ſtellâ leguminosâ, ſiliquis cauli adhærentibus. *mag. Bot.* 194. *hort.*

Aſtragalus annuus ſiliquis in ſtellæ modum diſpoſitis. *mag. hort.* 26.

β. Ornithopodio affinis hirſutâ ſtellâ leguminosâ, ſiliquis pediculo inſidentibus. *mag. Bot.* 194.

** *Scapo nudo, abſque caule folioſo.*

Monſpeſſulanus. 4. ASTRAGALUS acaulis, ſcapis declinatis longitudine foliorum, leguminibus ſubulatis teretibus ſubarcuatis glabris. *h. m.* 385.

Aſtragalus monſpeſſulanus. *mag. Bot.* 33. *hort.* 26. & flore albo. *ibid.*

5. ASTRAGALUS acaulos, ſcapis declinatis longitudine foliorum, foliis tomentoſis, leguminibus ſubulatis ſubarcuatis incanis. *h. m.* 385. *Incanus.*

Aſtragalus incanus ſiliquâ incurvâ. *mag. Bot.* 33. *icon.* 32. *hort.* 26.

6. ASTRAGALUS ſubacaulos, ſcapis folio longioribus, floribus laxè ſpicatis erectis. *h. m.* 385. *Montanus.*

BISSERRULA.

Legum. 2-loculare, lineare, planum, utrinque dentatum, diſſepimento contrario.

Herba. fol. impari-pinnata. *inflor.* capitulis dimidiatis.

1. BISSERRULA. *h. m.* 386. *Pelecinus.*

PSORALEA.

Cal. punctis calloſis adſperſus. *legum.* ovato-ſubulatum, punctis calloſis adſperſum, monoſpermum.

Herba. fol. ternata. *fulcr.* bracteæ involucrantes, trifidæ.

1. PSORALEA foliis omnibus ternatis, pedunculis ſpicatis folio longioribus. *h. m.* 387. *Le trefle bitumineux.* *Bituminoſa.*

Trifolium aſphaltes, ſive bitumen redolens. *mag. Bot.* 260. *hort.* 168.

* PHARM. *Trifolii bituminoſi* ſuccus, ſemina. Vis ſucci intus anticarcinomatoſa *ex Fabr. ab aquapendente.* Oleum expreſſum extus antiparalyticum, *ex Sylvio Deleboë.*

TRIFOLIUM.

Legum. vix calyce longius, non dehiſcens, deciduum, 1-ſ-2-ſpermum.
Herba. fol. ternata. *fulc.* ſtipulæ adnatæ vaginantes.

* Melilota, *leguminibus nudis polyſpermis, foliolo impari petiolato.*

Melilotus officinalis. 1. TRIFOLIUM leguminibus racemoſis nudis diſpermis caule erecto. *h. m.* 388. *Le mélilot.*
Melilotus officinarum luteo flore. *mag. Bot.* 175.
Melilotus officinarum Germaniæ. *mag. hort.* 132.
Altiſſimum. β. Melilotus major candida. *mag. Bot.* 175. *hort.* 133.
* PHARM. *Meliloti (albæ, luteæ)* flores, herba. Vis extus reſolvens, emolliens, anodina.

Melilotus italica. 2. TRIFOLIUM leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis obtuſis, caule erecto, foliolis integris. *h. m.* 388.
Melilotus italica, folliculis rotundis. *mag. hort.* 131.
β. Melilotus anguſtifolia, repens folliculis rotundis. *mag. Bot.* 175.

** Lotoïdæa *leguminibus tectis polyſpermis, foliolis ſeſſilibus.*

Alpinum. 3. TRIFOLIUM ſcapo nudo, leguminibus diſpermis pendulis, foliolis lanceolatis. *h. m.* 388.
Anonis humilior radice amplâ & dulci. *Tour. inſt.* 408.

*** Lagopoda, *calycibus villoſis, foliolis ſeſſilibus.*

Subterraneum. 4. TRIFOLIUM capitulis villoſis quinquefloris, involucro centrali reflexo rigido fructum involvente. *h. m.* 389.
Trifolium ſubterraneum, ſive folliculos ſub terram condens. *mag. Bot.* 265.

Trifolium ſubterraneum tricoccum. *mag. hort.* 169.

ICOSANDRIA.

CITRUS.

Cal. 5-dentatus. *ſtam.* 20 in cylindrum paſſim connata. *piſt.* 1. *bacc.* 9-locularis, pulpâ veſiculari.

Arbor, ſempervirens. *fol. inflor.* & *fruct.* punctato-glanduloſæ.

1. CITRUS petiolis linearibus nudis. *h. m.* 401. *Le limonier citronier.* *Medica.*

Malus citria fructu magno. *mag. hort.* 129. & mediocri. *ibid.*

β. Malus limonia acida. *mag. hort.* 129. & minor. *ibid.*

γ. Malus limonia dulcis. *mag. hort.* 130.

* PHARM. *Citri, limoniorum* fructus, flavedo pulpæ, ſuccus, ſyrupus, ſucci & flavedinis oleum eſſentiale. Vis *flavedinis* cardiaca, ſtomachica, *pulpæ* refrigerans, diuretica, antiſcorbutica †, antiemetica, antiraucedinoſa.

Aurantium. 2. CITRUS petiolis alatis. *h. m.* 401. *L'oranger, le chinois.*

Malus aurantia major. *mag. hort.* 130. & ſylveſtris. *ibid.*

β. Malus aurantia humilis. *mag. hort.* 130. *Le chinois.*

* PHARM. *Mali aurantiæ* folia, aurantiorum cortex, pulpa, ſyrupus, naphæ ſeu flores, aqua. Vis *foliorum* antiepileptica † antiſpaſmodica; *pulpæ* citro analoga; *corticis* roborans, analeptica, anthelmintica; *corticis* aurantiorum acidorum *immaturi* antimenorrhagica †; aquæ naphæ, analeptica, antihyſterica, ſtomachica.

HYPERICUM.

Cal. 5-partitus. *filam.* plura in 5 phalanges. *capſ.* totidem ac *ſtyli.*

Herba, & frutex. *fol.* oppoſita ſeſſilis. *inflor.* corymboſa.

* *Trigyna.*

Androſæmum. 1. HYPERICUM floribus trigynis, fructu baccato, caule fruticoſo ancipiti. *h. m.* 402. *La toute-ſaine.*

Hyandroſæmum maximum fruteſcens. *mag. Bot.* 19.

Hypericum androſæmum dictum. *mag. hort.* 101.

Quadrangulum. 2. HYPERICUM floribus trigynis, caule herbaceo quadrato. *h. m.* 403.

Aſcyron. *mag. Bot.* 30.

Perforatum. 3. HYPERICUM floribus trigynis, caule ancipiti,

foliis obtuſis pellucido - punctatis. *Le mille-pertuis.* *h. m.* 402.

Hypericum vulgare. *mag. Bot.* 135. *hort.* 101.

* PHARM. *Hyperici* herba, ſuccus, ſummitates floridæ, oleum, ſemina. Vis vulneraria †, reſolvens, antihæmaturica, antihæmoptoïca, anthelmintica †: *ſummitates floridæ* in infuſo aut decocto ad man. 1.. *ſuccus* ab unc. ſſ, ad unc. 1.. *folia*, *ſemina* in ſubſtantia ad drach. 1.

4. HYPERICUM floribus trigynis: calycibus ſerrato-glanduloſis, caule erecto, foliis ovalibus. *h. m.* 402. *Hirſutum.*

Androſæmum glabrum non ramoſum. *mag. Bot.* 20.

Hypericum elegantiſſimum folio lato non ramoſum. *mag. hort.* 101.

5. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, foliis ſubovatis tomentoſis. *h. m.* 402. *Tomentoſum.*

Hypericum ſupinum tomentoſum minus & monſpeliacum. *mag. Bot.* 135. *hort.* 101.

6. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus ſerrato-glanduloſis, foliis cordatis glabris. *h. m.* 403. *Pulchrum.*

Hypericum minus erectum. *mag. hort.* 101.

7. HYPERICUM floribus trigynis, caulibus ancipitibus proſtratis. *Linn. ſp. pl.* 785. *Humifuſum.*

Hypericum minus ſupinum, ſeu ſupinum glabrum. *Tour. inſt.* 255.

HABITAT in herbidis *à l'Eſperou.*

SYNGENESIA

MONOGAMIA.

JASIONE.

Cal. communis 10-phyllus: *capſ.* 2-locularis.

Herba. fol. alterna integerrima. *inflor.* longè pedunculata capitata.

Montana. 1. JASIONE. *h. m.* 466.
Rapunculus ſcabioſæ capitulo cæruleo. *mag. Bot.* 220. *hort.* 172.

GYNANDRIA PENTANDRIA.

PASSIFLORA.

Cal. 5-phyllus. *ſtyli.* 3. *nectar.* coronâ triplici. *bacc.* pedicellata, ſucco ſuaviſſimo turgida.

Fruticulus, ſarmentoſus ſempervirens. *fol.* alterna palmata. *inflor.* axillaris. *fulcr.* cirrhus ſpiralis lateriflorus.

OBS. Antheræ incumbentes horizontaliter rotatiles.

Cærulea. 1. PASSIFLORA foliis palmatis integerrimis. *h. m.* 476. *La grenadille.*

MONŒCIA MONADELPHIA.

CROTON.

Maſ. cal. cylindricus 5-dentatus. *ſtam.* 10-16.

Herba. fol. alterna pulverulenta.

Tinctorium. 1. CROTON foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. *h. m.* 495. *Le tourneſol.*
Ricinis aliquòmodo ſimilis. *mag. hort.* 175.
Heliotropium tricoccum. *mag. Bot.* 126.
* PHARM. Lacmus ſuccus. Vis acidum indicans, antigangrænoſa.

DIŒCIA

DECANDRIA.

LYCHNIS.

Maſ. *cal. petal. caul.* Vide hujuſce claſſeos ordinem 12um; rudimentum piſtilli.
Fem. *cal. petal. caul.* maris. *ſtyli* 5.

3. LYCHNIS floribus dioïcis. *h. m.* 223. *Dioïca.*
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. *mag. Bot.* 168. *hort.* 125.

CUCUBALUS.

Maſ. *cal. fol.* Vide hujuſce claſſeos ordinem 11um. *petala* ſetacea integra. *inflor.* verticillato-paniculata coarctata...
Fem. *cal. fol. inflor.* maris. *ſtyli* 3. *capſ.* 3-locularis.

4. CUCUBALUS floribus dioïcis verticillatis, petalis ſetaceis indiviſis. *h. m.* 215. *Otites.*
Lychnis viſcoſa flore muſcoſo. *mag. Bot.* 168. *hort.* 127.

POLYGAMIA

MONŒCIA.

ACER.

Hermaph. *cal.* 5-fidus. *ſtam.* 8. *piſt.* 1. *capſ.* 2-cocca alata. *maſ. cal. ſtam.* hermaphroditi.

Arbor. fol. oppoſita lobata petiolata.
inflor. floſculi maſculi & hermaphroditi in eodem *corymbo*; aut *racemo*.

Pſeudo-platanus. 1. ACER foliis 5-lobis inæqualiter ſerratis, floribus racemoſis. *h. m.* 518. *Le grand érable, ou faux platane.*

Acer majus. *mag. Bot.* 3.

Acer majus multis vulgò falsò platanus. *mag. hort.* 3.

Platanoïdes. 2. ACER foliis 5-lobis acuminatis acutè dentatis glabris, floribus corymboſis. *hort. m.* 518.

HABITAT in hortis circa urbem. Tenuiſſimis & acutiſſimis foliis. *mag. hort.* 3.

Campeſtre. 3. ACER foliis lobatis obtuſis emarginatis. *h. m.* 518.

Acer campeſtre minus. *mag. Bot.* 3. *hort.* 3.

Monſpeſſulanum. 4. ACER foliis trilobis integerrimis. *h. m.* 518.

Acer monſpeſſulanum. *mag. Bot.* 3. *hort.* 3.

Claſſis IX^a.

PENTAPETALI IRREGULARES.

PENTANDRIA

DIGYNIA.

* Umbellati, *involucro gemino.*

AMMI.
HERACLEUM.
ECHINOPHORA.
TORDYLIUM.
CAUCALIS.
DAUCUS.
CONIUM.
ATHAMANTA.
ŒNANTHE.

** Umbellati, *involucro partiali tantùm.*

PHELLANDRIUM.
CORIANDRUM.
SCANDIX.
CHÆROPHYLLUM.
SESELI.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

CERCIS.
ANAGYRIS.
DICTAMNUS.

POLYANDRIA

TRIGYNIA.

DELPHINIUM.

ACONITUM.

SYNGENESIA

MONOGAMIA.

VIOLA.

GYNANDRIA

DIANDRIA.

ORCHIS.

SATYRIUM.

OPHRYS.

SERAPIAS.

CYPRIPEDIUM.

PENTAPETALI IRREGULARES.

PENTANDRIA DIGYNIA.

* Umbellati, *involucro gemino.*

AMMI.

Involucra pinnatifida, margine membranaceâ. *fructus* lævis ſubrotundus.
Herba. fol. inferior 2-pinnata: foliolis latiuſculis; ſuperior lineari-multifida.

1. AMMI foliolis inferioribus lanceolatis ſerratis, ſuperioribus linearibus multifidis. *h. m.* 137. *Majus.*
Ammi majus. *mag. Bot.* 7. *hort.* 13.

HERACLEUM.

Involucra decidua. *fructus* ellipticus emarginatus compreſſus in medio ſtriatus, marginatus.
Herba. fol. pinnata: foliolis latiuſculis pinnatifidis.

1. HERACLEUM foliolis pinnatifidis. *h. m.* 141. *La berce.* *Sphondylium*
Sphondylium vulgare hirſutum. *mag. hort.* 188.

ECHINOPHORA.

Involucr. 1-phyllum. *floſc.* plures arbotivi. *fructus* oblongi pedunculis immerſi.

Herba, rigidiſſima. *fol.* pinnata: foliolis carnoſis, ſubulatis pungentibus uniſulcatis.

Maritima. 1. ECHINOPHORA foliis ſubulato-ſpinoſis integerrimis. *h. m.* 133.
Chritmum maritimum ſpinoſum. *mag. Bot.* 80. *hort.* 64.

TORDYLIUM.

Involucr. ſimplicia-longa. *floſc.* omnes fertiles. *fructus* ſuborbiculatus margine crenatus.

Herba. fol. pinnata: foliolis oppoſitis ſeſſilibus inciſis ſcabris.

Officinale. 1. TORDYLIUM involucris partialibus longitudine petalorum, foliolis ovatis laciniatis. *h. m.* 134.
Seſeli creticum minus. *mag. Bot.* 239.
Tordylium narbonenſe minus. *mag. Bot.* 167.
* PHARM. *Seſeli cretici* radix, ſemina. Vis *radicis* inciſiva, antiaſthmatica, *ſeminum* emmenagoga, diuretica.

Maximum. 2. TORDYLIUM umbellâ confertâ radiatâ, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. *h. m.* 134.
Seſeli creticum majus. *mag. Bot.* 167.

Anthriſcus. 3. TORDYLIUM umbellâ confertâ, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis obtuſiuſculis. 134.
Caucalis ſemine aſpero, floſculis rubentibus. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

Latifolium. 4. TORDYLIUM umbellâ confertâ nudiuſculâ, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. *h. m.* 134.
Caucalis arvenſis echinata latifolia. *mag. Bot.* 55. *hort.* 48.
OBS. Involucra & involucella ſæpius pentaphylla.

Nodoſum. 5. TORDYLIUM umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis. *h. m.* 134.

Caucalis nodoſo echinato ſemine. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

CAUCALIS.

Involucr. integra. *cor.* diſci maſculæ. *fructus* ſetis hiſpidus.

Herba. fol. 2-pinnata : foliolis inciſis.

1. CAUCALIS umbellis alternis, oppoſitifoliis, umbellâ bifidâ, umbellulis ſubdiſpermis, involucro univerſali diphyllo, partialibus 5-phyllis.. caucalis maritima, umbellâ bifidâ, umbellulis diſpermis, involucris ſemine brevioribus linearibus. *h. m.* 135. *Gerard. gallop. pag.* 237. *icon.* 236. *Pumila.*

   Caucalis pumila maritima. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

2. CAUCALIS involucris ſingulis pentaphyllis, petalo unico duplo majore. *h. m.* 135. *Grandiflora.*

   Caucalis arvenſis echinato magno flore. *mag. Bot.* 56. *hort.* 48.

3. CAUCALIS involucro univerſali nullo, umbellâ univerſali trifidâ, involucellis triphyllis. *h. m.*135. *Daucoïdes.*

   Caucalis involucro univerſali lanceolato longitudine umbellæ. *h. m.* 135.

   Caucalis dauci ſylveſtris folio echinato, magno fructu. *mag. Bot. app.* 293. *hort.* 48.

   Echinophora tertia leptophyllon purpurea. *col. ecph.* 96. *tab.* 97.

4. CAUCALIS involucri univerſalis, foliolis multifidis, umbellâ univerſali trifidâ, umbellulis triſpermis. *h. m.* 135. *Platycarpos.*

   Caucalis monſpeliaca echinato magno fructu. *mag. Bot.* 56. *hort.* 48.

   Echinophora altera aſperior platycarpos. *col. ecph.* 1. 95. *tab.* 94.

5. CAUCALIS involucro univerſali nullo, involucellis pentaphyllis, umbellâ bifidâ, ſeminibus hiſpidis. *Leptophylla.*

   Caucalis ſeminum aculeis triglochidibus uncinatis, pilis verticillatis hiſpidis. *h. m.* 136.

Caucalis arvenſis echinata, parvo flore & fructu. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

DAUCUS.

Involucr. pinnata. *fruct.* pilis hiſpidus.
Herba ſcabra punctis prominulis. *fol.* 2-pinnata: foliolis multifidis.

Carota. 1. DAUCUS ſeminibus hiſpidis. *h. m.* 136. *La carote.*
Paſtinaca tenuifolia ſylveſtris Dioſcoridis. *mag. Bot.* 199.
Daucus officinarum. *mag. hort.* 68.
β. Daucus ſativus radice rubrâ. *mag. hort.* 68.
γ. Daucus ſativus racide luteâ. *mag. hort.* 68.
* PHARM. *Dauci ſylveſtris*, & *ſativi*, ſemina. Vis diuretica, carminativa, emmenagoga, antihyſteralgica, antihyſterica.. *ſemina* ad drach. II, in infuſo.

Viſnaga. 2. DAUCUS ſeminibus nudis. *h. m.* 136.
Gingidium umbellâ oblongâ. *mag. Bot.* 109. *hort.* 88.
OBS. Caulis quandoque ſcaber, ſæpe lævis, ut in ſequenti.

Gingidium. 3. DAUCUS involucri radiis planis, laciniis recurvis. *h. m.* 136.
Paſtinaca tenuifolia marina foliis obſcurè virentibus. *mag. Bot.* 199.
Daucus maritimus lucidus. *mag. hort.* 68.

CONIUM.

Involucra omnia polyphylla breviſſima. *fructus* 5-ſtriatus ſubgloboſus, utrinque crenatus.
Herba. fol. bipinnata: foliolis pinnatifidis.

Maculatum. 1. CONIUM ſeminibus ſtriatis. *h. m.* 137. *La grande ciguë.*
Cicuta major. *mag. hort.* 56.

* Pharm. *Cicutæ* radix, herba, extractum. Vis reſolvens! antiſchirroſa, antiſcrophuloſa, anticancroſa, antiulceroſa, anticatarractalis, antigangrænoſa, antipodagrica, antirheumatiſmalis *ſtoërk*.. *extracti cicutæ* dantur gran. ii. manè & ſerò, ſenſim aſcendendo.

ATHAMANTA.

Involucr. polyphylla linearia. *fructus* ovato-oblongus ſtriatus.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis incertis.

1. ATHAMANTA foliis bipinnatis planis, umbellâ hemiſphæricâ, ſeminibus hirſutis. *h. m.* 138. *Libanotis.*

Daucus montanus apii folio. *Bauh. pin.* 151. *prodr.* 77.

Habitat in pratis *à l'Eſperou, à Banahu*... ſemina ſæpe glabra.

2. ATHAMANTA foliolis linearibus planis hirſutis, petalis bipartitis, ſeminibus oblongis hiſpidis. *h. m.* 138. *Le daucus de Candie.* *Cretenſis.*

Liguſticum alpinum multifido longoque folio. *Tour. inſt.* 323.

* Pharm. *Dauci cretici* ſemina. Vis dauci ſylveſtris.

3. ATHAMANTA foliolis capillaribus, ſeminibus ſtriatis glabris. *h. m.* 138. *Meum.*

Meum foliis anethi. *mag. hort.* 135.

* Pharm. *Meu* radix. Vis emmenagoga, diuretica, carminativa, antiaſthmatica, antitertianaria.

4. ATHAMANTA foliis pinnatis inciſo-angulatis. *Linn. ſiſt. nat.* 956. *Cervaria.*

Selinum foliis radicalibus ovatis inæqualiter ſerratis. *Linn. h. Cliff.* 92. *hort. upſ.* 59.

Selinum pinnis pinnatis, pinnulis appendiculatis triangulis. *Hall. enum. helv.* 38.

Daucus montanus apii folio major. *mag. Bot.* 84.

Oreoſelinum apii folio majus. *mag. hort.* 149. *Tour.* 318.

HABITAT *à l'Eſperou, Fougeres, Lamalou, au Capouladou.*

ŒNANTHE.

Involucr. ſimplicia. *floſc.* ſeſſiles, in diſco ſteriles. *fructus* calyce coronatus ſubovatus.

Herba. fol. radicalis 2-pinnata: caulina pinnata foliolis linearibus.

Fiſtuloſa. 1. ŒNANTHE ſtolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fiſtuloſis. *h. m.* 144.
Œnanthe aquatica. *mag. Bot.* 189. *hort.* 146.
β. Œnanthe maritima craſſiori & nigriori folio. *mag. hort.* 146.

Pimpinelloïdes. 2. ŒNANTHE foliolis radicalibus ovatis inciſis, caulinis integris, linearibus longiſſimis ſimplicibuſque. *h. m.* 144.
Œnanthe, ſive filipendula monſpeſſulana. *mag. Bot.* 188.
Œnanthe apii folio. *mag. hort.* 146.
β. Œnanthe paſtinacæ ſylveſtris folio ſemine atriplicis. *mag. Bot.* 189.
HABITAT juxta *Lattes*, & in pratis *à Gramont.*

** Umbellati *involucro partiali tantùm.*

PHELLANDRIUM.

Fructus ovatus lævis coronatus & calyce & piſtillo.

Herba. fol. inferior decompoſita: ſumma 2-pinnata.

Aquaticum. 1. PHELLANDRIUM foliorum ramificationibus divaricatis. *h. m.* 145. *La ciguë d'eau.*
Cicutaria paluſtris tenuifolia. *mag. Bot.* 293. *hort.* 56.
* PHARM. *Cicutariæ paluſtris* herba, extractum, ſemina.

ſemina. Vis aliis adversùs ſchirros, cancros, gangrænam utilis credita, aliis dubia.

Habitat copiosè in aquis aut ad margines rivulorum, *à Lunel, au Caila.*

CORIANDRUM.

Involucella dimidiata linearia. *floſc.* radii abortientes. *fructus* didymus ſubgloboſus.

Herba. fol. decompoſita: foliolis capillaceis.

1. CORIANDRUM fructibus didymis. *Linn. ſiſt. nat.* 961. *Teſticulatum.*

Coriandrum minus teſticulatum. *mag. Bot.* 78. *hort.* 62.

Habitat in ſatis, *ſous le Peirou, & à Selleneuve*; involucrum univerſale ſæpe monophyllum.

SCANDIX.

Involucell. 5-phylla apice inciſa. *fructus* ſubulatus, petala integra. *floſculi* in diſco ſæpius maſculi.

Herba. fol. ſub 3-pinnata.

1. SCANDIX ſeminibus lævibus roſtro longioribus. *h. m.* 256. *Pecten Veneris.*

Scandix ſemine roſtrato vulgaris. *mag. Bot.* 232. *hort.* 180.

2. SCANDIX ſeminibus roſtratis patulis pedunculo longioribus. *h. m.* 256. *Auſtralis.*

Scandix cretica minor. *mag. Bot.* 232. *hort.* 180.

3. SCANDIX ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis. *h. m.* 146. *Le cerfeuil.* *Cerefolium.*

Chærophyllum ſativum. *mag. hort.* 51.

* Pharm. *Cerefolii* herba, ſuccus, aqua, ſemina. Vis incidens, aperiens, diuretica, antihydropica †, emmenagoga, antiphlogiſtica, lactife-

ra, antivertiginoſa.. *ſuccus* ad unc. IV pluries in die.. herbæ *decoctum* ad unc. V. VI.

CHÆROPHYLLUM.

Involucr. reflexa concava. *petala* cordata. *fructus* oblongus lævis.

Herba. fol. 2-pinnata : foliolis inciſis latiuſculis.

* *Floſculis omnibus hermaphroditis.*

Sylveſtre. 1. CHÆROPHYLLUM floſculis omnibus hermaphroditis, caule æquali. *h. m.* 147. petiolis ancipiti-triangularibus.

Myrrhis ſylveſtris ſeminibus lævibus. *mag. Bot.* 181.

Chærophyllum ſylveſtre perenne cicutæ folio. *mag. hort.* 51.

** *Floſculis diſci maſculis.*

Temulum. 2. CHÆROPHYLLUM caule ſcabro, geniculis tumidis. *h. m.* 147.

Myrrhis annua ſemine ſtriato lævi. *mag. hort.* 140.

Hirſutum. 3. CHÆROPHYLLUM caule æquali, foliolis inciſis acutis. *h. m.* 147.

Myrrhis paluſtris latifolia alba. *mag. hort.* 140.

SESELI.

Involucell. polyphylla. *fructus* ovatus ſtriatus.

Herba, rigida. *inflor.* globoſa. *fol.* ſub 3-pinnata, linearis.

Glaucum. 1. SESELI petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis ſingularibus binatiſque. *h. m.* 147.

Daucus glauco folio ſimilis fæniculo tortuoſo. *mag. Bot.* 85.

Seſeli glauco folio. *mag. hort.* 184.

2. SESELI caule alto rigido, foliolis linearibus faſciculatis. *h. m.* 147. *Tortuoſum.*

Seſeli maſſilienſe fœniculi folio craſſiore. *mag. Bot.* 239. *hort.* 184.

3. SESELI petiolis rameis membranaceis ventricoſis emarginatis. *h. m.* 148. *Annuum.*

4. SESELI foliis bipinnatis linearibus: petiolis baſi membranaceis, ſeminibus ovalibus. *Linn. ſiſt. nat.* 962. *Carvifolia.*

Carvifolia. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 171.

HABITAT *au Capouladou, à Lamalou.*

5. SESELI petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis binis ternatiſque linearibus ſubcarnoſis petioli longitudine. *Linn. ſiſt. nat.* 962. *Pumilum.*

Daucus montanus multifido folio ſelini ſemine. *mag. Bot.* 85.

Fœniculum minimum patulum. *Tour. inſt.* 311.

HABITAT in ſaxoſis *à Montferrier, à S. Loup, au Capouladou.*

6. SESELI caule elongato, geniculis calloſis, foliis duplicato-pinnatis, pinnulis lanceolato-linearibus diſtantibus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2*a*. 375. *Elatum.*

Daucus montanus folio fœniculi longiore. *mag. Bot. app.* 294.

Seſeli tenuiori folio majus. *mag. hort.* 184.

Fœniculum ſylveſtre elatius fœniculi folio longiore. *Tour.* 311.

Apium montanum folio tenuiori. *Bauh. pin.* 153.

Seſeli longifolium. *Linn. flor. monſp.*

HABITAT *au mont S. Loup, au Capouladou,* & in deſcenſu *à las Cambrétas.*

DECANDRIA

MONOGYNIA.

CERCIS.

Cal. 5-dentatus infernè gibbus. *cor.* papilionacea: *alæ* vexillo longiores vexil-

liformes. *glandula* ſtyliformis ſub germine. *legum.* oblongum planum.

Arbor. fol. integerrima. *inflor.* gemmæ *racemiferæ* alternæ inferiores; gemmæ *foliiferæ* alternæ terminales.

Siliquaſtrum. 1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris. *h. m.* 203. *Le guainier.*

Siliqua ſylveſtris rotundifolia. *mag. hort.* 185. *Bot.* 241.

ANAGYRIS.

Cor. papilionacea; *vexillum* rectum; carina alis & vexillo longior. *legum.* tereтiuſculum.

Arbor. ſempervirens. *fol.* ternata. *fulcr.* ſtipulâ oppoſitifoliâ bifidâ.

Fœtida. 1. ANAGYRIS. *h. m.* 203. *mag. hort.* 14.

DICTAMNUS.

Cal. 5-phyllus. *petala* patentia: 3 ſurſum; 2 obliquè ad latera ſita. *capſ.* 5, coalitæ.

Herba. fol. impari-pinnata. *fulc.* pili hiſpidi atri in tota planta. filamenta *glandulis* tecta.

Albus. 1. DICTAMNUS. *h. m.* 205. *La fraxinelle.*

Fraxinella. *mag. Bot.* 99.

Fraxinella ſive dictamnus albus vulgò. *mag. hort.* 81.

* PHARM. *Dictamni albi* radix, folia, flores; vis ſuſpecta, diuretica, emmenagoga, ſudorifera, anthelmintica, antiepileptica, antihyſterica.. *radix* ad drach. I, in ſubſtantia; ad uſque unc. ſſ. in vini albi unc. VI... *folia & flores* in infuſo theiformi.

POLYANDRIA
TRIGYNIA.

DELPHINIUM.

Cal. o. petalum ſupremum cornutum. *nectar.* bifidum tubo petali cornuti. *ſiliq.* introrſum dehiſcentes.
Herba. fol. palmato-multifida. *inflor.* racemoſa.

* 1-*Capſulares.*

1. DELPHINIUM nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. *h. m.* 258. *Conſolida.*
Conſolida regalis arvenſis. *mag. Bot.* 73.
2. DELPHINIUM nectariis monophyllis, caule ſimplici. *h. m.* 258. *Ajacis.*
Conſolida regalis hortenſis. *Baub. pin.*
Delphinium hortenſe. *mag. hort.* 68.

** *Tricapſulares.*

3. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis palmatis. *h. m.* 259. *La ſtaphiſaigre.* *Staphiſagria.*
Staphiſagria. *mag. Bot.* 246. *hort.* 189.
* PHARM. *Staphiſagriæ* ſemina. Vis intus venenata, emetico-draſtica, inflammans, orthopnoïca, extus antiphtiriaca, antiacarica, abſtergens, ſialagoga.

ACONITUM.

Cal. o. *petalum* ſupremum fornicatum. *nectar.* 2 recurva pedunculata. *ſiliq.* introrſum dehiſcentes.
Herba. fol. palmata. *inflor.* racemoſa.

Obs. Demonſtrant *cotyledones*, *foliatio*, *infloreſcentia*, *fructificatio*, ſummam cum delphinio affinitatem.

Lycoctonum. 1. ACONITUM foliis palmatis multifidis villoſis. *h. m.* 259. *Le tue-loup.*

Aconitum folio platani, flore luteo palleſcente. *mag. hort.* 4.

Napellus. 2. ACONITUM laciniis foliorum linearibus, ſupernè latioribus, lineâ exaratis. *h. m.* 259. *L'aconit.*

Aconitum magnum purpureo flore, vulgò napellus. *mag. hort.* 4.

SYNGENESIA MONOGAMIA.

VIOLA.

Cal. 5-phyllus. *petalum* ſupremum baſi cornutum inter foliola calycis prominens. *faux* villoſa. *capſ.* 3-valvis, unilocularis.

Herba, ſtolonifera. *fulc.* ſtipulæ ſolutæ geminæ.

* *Acaules.*

Odorata. 1. VIOLA acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. *h. m.* 467. *La violette.*

Viola martia purpurea flore ſimplici odoro. *mag. Bot.* 278. *hort.* 205.

* Pharm. *Violæ* flores, ſyrupus, ſaccharum, folia, ſemina, radix. Vis *florum* anodina, demulcens, refrigerans, antituſſiculoſa, antidyſſurica, ſubeccoprotica.. *foliorum* emolliens.. *ſeminum* diuretica, purgans.. *radicis* cathartica.. *flores* ad man. I. in decocto; ad drach. I. in ſubſtantia.. *ſemina* ad unc. I aut I & ſſ. pro emulſione.. *radix* ad unc. II. vel III.

** *Caulescentes.*

2. VIOLA caule demum aſcendente, foliis oblongo-cordatis. *h. m.* 467. *Canina.*
Viola martia inodora ſylveſtris. *mag. Bot.* 278. *hort.* 205.
3. VIOLA caule triquetro diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis. *h. m.* 467. *La penſée.* *Tricolor.*
Viola arvenſis bicolor. *mag. Bot.* 278. *hort.* 205.
β. Viola bicolor hortenſis repens. *mag. hort.* 205.

GYNANDRIA

DIANDRIA.

ORCHIS.

Nectar. corniforme ponè florem.
Herba, ſimpliciſſima. *fol.* vaginans. *inflor.* ſpicata. *rad.* incerta.

* *Bulbis indiviſis.*

1. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Linn. ſp. ſiſt. nat.* 1243. *Bifolia.*
Orchis alba calcari longo. *mag. hort.* 148.
Orchis alba bifolia minor calcari oblongo. *Tour. inſt.* 433.
Habitat in herbidis circa *Caunelles.* Altitudo ſeſquipedalis. Hanc primus Monſpelii mecum vidit D. *Vicari*, Doctor ex Avenione. Spica pauciflora, laxa.
* Pharm. *Satyrii* radix condita. Vis demulcens, antidyſenterica, ſterilitati, tabi adverſa, aphrodiſiaca, analeptica.
2. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii cornu longo: labio trifido æquali integerrimo, petalis lanceolatis. *h. m.* 469. *Pyramidalis.*

Orchis cynoſorchis & teſticulus canis major, flore dilutè purpuraſcente ſive incarnato. *mag. Bot.* 192. *hort.* 148.

Coriophora. 3. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio trifido reflexo crenato, cornu brevi, petalis conniventibus. *h. m.* 469.

Orchis odore hirci minor. *mag. Bot.* 192. *hort.* 149.

Morio. 4. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuſo, petalis omnibus conniventibus. *h. m.* 469.

Orchis morio femina. *mag. Bot.* 192. *hort.* 148.

Maſcula. 5. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuſo, petalis dorſalibus reflexis. *h. m.* 470.

β. Orchis morio mas foliis maculatis. *mag. hort.* 148.

* PHARM. *Orchidis* ſeu *ſalep* radix. Vis ſpeciei primæ.

Uſtulata. 6. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido, punctulis ſcabro: cornu obtuſo, petalis diſtantibus. *h. m.* 470.

Orchis pannonica quarta. *mag. Bot.* 192.

Orchis militaris pratenſis humilior. *mag. hort.* 148.

β. Orchis parvis floribus multis punctis notatis. *mag. Bot. app.* 303.

HABITAT copiosè in humentibus ſylvoſis circa *S. Loup*, & *au Capouladou.*

Militaris. 7. ORCHIS bulbis indiviſis, nectarii labio quinquefido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis confluentibus. *h. m.* 470.

** *Bulbis palmatis.*

Palmata. 8. ORCHIS bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. *h. m.* 470.

Orchis palmata pratenſis longis calcaribus. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Odoratiſſima. 9. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu recur-

vo, labello ovato trilobo acuto, foliis linearibus. *h. m.* 471.

Orchis palmata anguſtifolia minor odoratiſſima. *mag. Bot.* 193. & *app.* 303. *hort.* 149.

10. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu germinibus breviore: labio plano, petalis dorſalibus erectis. *h. m.* 471. *Maculata.*

11. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio trifido, petalis duobus patentiſſimis. *Linn. ſiſt.* 1243. *Conopſea.*

Orchis palmata minor calcaribus oblongis. *Tour.* 435.

Orchis palmata anguſtifolia minor, flore odoratiſſimo. *mag. Bot.* 193? & *app.* 303? *hort.* 149? an hæc ſynonymia potiùs pertinet ad iſtam, quàm ad *orchidem odoratiſſimam* n°. 9?

HABITAT *à Selleneuve* juxta Magnolium. Nos ipſam vidimus *au Capouladou.*

*** *Bulbis faſciculatis.*

12. ORCHIS bulbis faſciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo. *h. m.* 471. *Abortiva.*

SATYRIUM.

Nectar. ſcrotiforme inflato-didymum ponè florem.

Herba. fol. vaginans. *inflor.* ſpicata.

1. SATYRIUM bulbis indiviſis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido, intermediâ lineari obliquâ longiſſimâ præmorsâ. *h. m.* 471. *Hircinum.*

Orchis barbata fœtida. *mag. Bot.* 192. *hort.* 149.

ABUNDAT juxta fluvium *Herau* in deſcenſu montis *Capouladou*, ubi creſcit ferè ad altitudinem humanam, obſervante D. *Clapiers.*

2. SATYRIUM bulbis palmatis, foliis linearibus, nectarii labio reſupinato trilobo: intermediâ majore. *Linn. ſp.* 944. *Nigrum.*

Orchis palmata anguſtifolia alpina nigro flore. *Tour. inſt.* 435.

HABITAT in herbidis *à l'Eſperou*, *à Lamalou*, juxta amnem.

OPHRYS.

Nectar. ſubtus ſubcarinatum.
Herba. fol. vaginans. *inflor.* ſpicata.

* *Bulbis ramoſis.*

Nidus avis. 1. OPHRYS bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido. *h. m.* 472.

Corallorhiza. 2. OPHRYS bulbis ramoſis refluoſis, caule vaginato, nectarii labio trifido. *Linn. ſp. pl. edit.* 2*a.* 1339.

Orobanche radice coralloïde. *Bauh. pin.* 88.

HABITAT in ſylvis *à l'Eſperou*, *à la barraque de Michel.* Bulbi ramoſiſſimi, compreſſi.

Spiralis. 3. OPHRYS bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſecundis, nectarii labio indiviſo. *h. m.* 472.

Orchis ſpiralis odorata alba. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Ovata. 4. OPHRYS bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis oppoſitis nectarii labio bifido. *h. m.* 472.

Ophrys bifolia. *mag. Bot.* 191. *hort.* 148.

** *Bulbis rotundis.*

Antropophora. 5. OPHRYS bulbis ſubrotundis, caule folioſo, nectarii labio lineari tripartito: laciniâ mediâ longiori bifidâ. *h. m.* 473.

Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans. *mag. Bot.* 192. *app.* 302.

Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans, mas, & femina. *mag. hort.* 148.

HABITAT copioſè in deſcenſu montis *Capouladou*, & ſecus fluvium *Herau.*

Inſectifera. 6. OPHRYS bulbis ſubrotundis, caule folioſo, nectarii labio ſubquinquelobo. *h. m.* 473.

Orchis fucum referens, colore rubiginoſo. *mag. Bot.* 192. *hort.* 149.

Orchis muſcam referens minor. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149. β. *Myodes.*

Nectarii labio ſubtrilobo: intermedio acuminato recurvo. γ. *Major.*

Orchis muſcam referens major. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Nectarii labio ſubtrilobo planiuſculo: intermedio emarginato obtuſo. δ. *Lutea.*

Orchis muſcam referens lutea. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Orchis araneam referens. *mag. hort.* 149. ε. *Adrachnites.*

SERAPIAS.

Nectar. ovatum gibbum: labio ovato.
Herba. ſol. caulina vix vaginans.

1. SERAPIAS bulbis fibroſis, floribus erectis bracteâ brevioribus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1344. *Helleborine.*

Serapias floribus ſpicatis, nectarii labio petalis breviore. *Ger. flor. gallop.* 132.

Helleborine latifolia montana. *pin.* 186. *mag. Bot.* 126. *hort.* 95.

2. SERAPIAS bulbis ſubrotundis, nectarii labio trifido acuminato petalis longiore. *h. m.* 474. *Lingua.*

Orchis montana italica, flore ferrugineo nutante, linguâ oblongâ. *mag. Bot.* 303. *hort.* 149.

HABITAT in herbidis juxta amnem *à Montferrier*, & ibi in pinetis.

3. SERAPIAS bulbis fibroſis, floribus erectis, bracteâ longioribus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1344. *Longifolia.*

Serapias nectaria limbo obtuſo longitudine petalorum. *Ger. gallop.* 132.

Helleborine anguſtifolia pratenſis. *mag. Bot.* 126. *hort.* 95.

β. Serapias caule paucifloro floribus diſtantibus, nectario petalis breviore. *Ger. ibidem.*

Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens. *mag. Bot.* 126. *hort.* 95.

CYPRIPEDIUM.

Nectar. ventricoſum inflatum concavum.

Herba. fol. ſubvaginans. *inflor.* ſubſpicata, ſubbiflora.

Calceolus. 1. CYPRIPEDIUM radicibus fibroſis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. *h. m.* 475. *Le ſabot de notre Dame.*

Claſſis Xª.

HEXAPETALI

REGULARES.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

LEUCOIUM.

NARCISSUS.

PANCRATIUM.

ALLIUM.

LILIUM.

TULIPA.

ORNITHOGALUM.

SCILLA.

ANTHERICUM.

ASPARAGUS.

BERBERIS.

PEPLIS.

LYTHRUM. 2.

HEXANDRIA

TRIGYNIA.

COLCHICUM.

ENNEANDRIA.

BUTOMUS.

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

LYTHRUM.

POLIANDRIA

MONOGYNIA.

ANEMONE.

POLYGAMIA

MONŒCIA.

VERATRUM.

HEXAPETALI REGULARES.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

LEUCOIUM.

Cal. ſpatha. *cor.* ſupera campanulata, apicibus incraſſata: puncto viridi. *ſtigm.* ſimplex.

Herba: ſcapus anceps. *inflor.* nutans: pedicellis triquetris.

1. LEUCOIUM ſpathâ uniflorâ multiflorâque, ſtylo filiformi *h. m.* 163. *Le perceneige.* *Vernum.*
Leucoium bulboſum majus. *mag. hort.* 153.
Narciſſo-leucoium vulgare. *mag. hort.* 142.
β. Narciſſo-leucoium pratenſe multiflorum. *mag. hort.* 142.
* PHARM. *Leucoii bulboſi*, ſeu *violæ albæ* radix, flores. Vis *radicis* emetica, reſolvens; *florum* antiephelica, anticataractalis.

NARCISSUS.

Cal. ſpatha. *cor.* ſupera patens. *nectar.* infundibuliforme monophyllum, integrum. *ſtam.* 3 intra tubum nectarii, breviora: alterna 3 paulò longiora.

Herba: ſcapus ancipiti-tereſ. *inflor.* erecta: pedicellis triquetris.

1. NARCISSUS ſpathâ uniflorâ, nectario campanulato petalis dimidio breviore. *Linn. ſiſt. nat.* 976. *Odorus.*

Narciſſus major albus magno odore, floris circulo pallido. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

HABITAT in pratis *à Lattes; aux prés d'arenes.* Habitus ſequentis.

Poëticus. 2. NARCISSUS ſpathâ uniflorâ, nectarii limbo rotato breviſſimo. *h. m.* 163.

β. Narciſſus albus circulo purpureo. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

γ. Narciſſus anguſtifolius albus minor. *mag. Bot.* 180. *hort.* 141.

δ. Narciſſus medio purpureus multiplex. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

ε. Narciſſus medio purpureus minor. *mag. hort.* 141.

ι. Narciſſus albus circulo croceo. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

Pſeudo-narciſſus. 3. NARCISSUS ſpathâ uniflorâ, nectarii limbo campanulato erecto longitudine petali. *h. m.* 164.

Narciſſus major totus luteus, calyce prælongo. *mag. hort.* 142.

Jonquilla. 4. NARCISSUS ſpathâ multiflorâ, nectario campanulato brevi, foliis ſubulatis. *h. m.* 164. *La jonquille.*

Narciſſus juncifolius luteus minor. *mag. Bot.* 182. *hort.* 142.

β. Narciſſus juncifolius luteus major. *mag. hort.* 142.

γ. Narciſſus juncifolius luteus minimus odore mellis. *mag. Bot.* 182. *hort.* 142.

δ. Narciſſus juncifolius flore rotundo roſeo. *mag. hort.* 142.

Tazeta. 5. NARCISSUS ſpathâ multiflorâ, nectario campanulato, foliis planis. *h. m.* 164. *Le narciſſe.*

Narciſſus medio luteus copioſo flore odore gravi. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

β. Narciſſus medio luteus foliis florum longioribus, circulo patulo. *mag. Bot.* 182.

Narciſſus medio luteus majoribus floribus. *mag. hort.* 141.

δ. Narciſſus flore ſulphureo, medio luteus, odore gravi. *mag. Bot.* 182. *hort.* 141.

γ. Narciſſus pleno flore latifolius albus medio luteus *mag. Bot.* 182. *hort.*

PANCRATIUM.

PANCRATIUM.

Cal. ſpatha. *cor.* ſupera patens. *nectar.* tubulato-campanulatum, ore 12-fido. *ſtam.* nectarii laciniis interpoſita.
Herba: ſcapus anceps. *inflor.* aggregata ſeſſilis.

1. PANCRATIUM ſpathâ multiflorâ, petalis planis, foliis lingulatis. *h. m.* 165. *Le narciſſe de mer.* *Maritimum.*
Narciſſus maritimus. *mag. Bot.* 182. *hort.* 142.

APHYLLANTES.

Cal. ſpathæ vagæ imbricatæ glumoſæ. *cor.* infera patens.
Herba: ſcapus teres. *fol.* o. *inflor.* geminata ſeſſilis.

1. APHYLLANTES. *h. m.* 165. *Monſpelienſis*
Caryophyllus cæruleus Monſpelienſium. *mag. Bot.* 53. *hort.* 47.

ALLIUM.

Cal. ſpatha. *cor.* infera patens.
Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis umbellata.

* *Foliis caulinis planis, umbellis capſuliferis, ſtaminibus trifidis.*

1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicatâ. *h. m.* 166. *Le porreau.* *Porrum.*
Porrum commune capitatum. *mag. hort.* 163.
* PHARM. *Porri* radix, ſyrupus, ſemina. Vis intus diuretica, emmenagoga, antiaſthmatica, antiraucedinoſa, anticalculoſa. Extus dolori la-

teris, hæmorrhoïdum, tumoribus articulorum, aurium tinnitui adverſa.

Victorialis. 2. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbellâ globosâ, ſtaminibus lanceolatis, corollâ longioribus. *h. m.* 166.

* PHARM. *Victorialis longæ* radix. Vis allii ſativi.

HABITAT *à Lamalou, à l'Eſperou.*

Subhirſutum. 3. ALLIUM caule planifolio umbellifero, foliis inferioribus hirſutis, ſtaminibus ſubulatis. *h. m.* 166.

Allium ſylveſtre, ſive moly anguſtifolium umbellatum. *mag. Bot.* 9. *hort.* 9.

Roſeum. 4. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbellâ faſtigiatâ, ſtaminibus corollam æquantibus, foliis lævibus. *h. m.* 186.

Allium ſylveſtre, ſive moly roſeo amplo flore. *mag. Bot.* 11. *tab.* 10. *hort.* 9.

** *Foliis caulinis planis, ſtaminibus trifidis, umbellis bulbiferis.*

Sativum. 5. ALLIUM caule planifolio bulbifero, radice compoſitâ, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 167. *L'ail.*

Allium ſativum. *mag. hort.* 9.

* PHARM. *Allii ſativi* radix, aqua, ſyrupus, oxymel. Vis intus orexica, ſtomachica, anthelmintica, alexiteria, diuretica, anticalculoſa, antihydropica, antihyſterica, antiaſthmatica, excitans; extus reſolvens, maturans, antitinealis, epicarpica.

Scorodo-praſum. 6. ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis vaginis ancipitibus, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 167. *La rocambole.*

Allium ſylveſtre monſpeſſulanum albidum. *mag. Bot.* 9.

Allium ſativum alterum caulis ſummo circumvoluto. *mag. hort.* 9.

*** *Foliis caulinis teretibus, ſtaminibus trifidis, umbellis capſuliferis.*

Sphærocephalum. 7. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, foliis ſe-

miteretibus, ſtaminibus tricuſpidatis corollâ longioribus. *h. m.* 167.

Allium, ſive moly montanum quintum. *mag. Bot.* 9.

Allium ſphærocephalon purpuraſcens. *mag. hort.* 10.

8. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, umbellâ globoſâ, ſtaminibus ſubulatis. *h. m.* 168. *Flavum.*

β. Allium ſylveſtre luteum juncifolium bicorne. *mag. Bot.* 9. *hort.* 10.

γ. Allium montanum bicorne flore obſoletiore. *mag. Bot.* 9. *hort.* 9.

9. ALLIUM caule teretifolio ſubnudo umbellifero, umbellâ faſtigiatâ, petalis truncatis, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 167. *Moſchatum.*

Allium moſchatum capillaceo folio. *mag. Bot.* 11. *hort.* 10.

**** *Foliis caulinis teretibus, ſtaminibus trifidis, umbellis bulbiferis.*

10. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 168. *Vineale.*

Allium ſylveſtre vinearum. *mag. Bot.* 212.

Porrum ſylveſtre vinearum. *mag. hort.* 163.

β. Allium ſylveſtre tenuifolium. *mag. Bot. app.* 290. *hort.* 10... ad mare frequens.

11. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis. *h. m.* 168. *Oleraceum.*

Cepa tenuifolia bicornis flore obſoleto. *Tour.* 382.

Allium bicorne proliferum flore intus albo, cum ſtria purpuraſcente externè. *mag. Bot.* 8. *hort.* 9.

***** *Foliis radicalibus, ſcapo nudo.*

12. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, umbellâ faſtigiatâ. *h. m.* 168. *Anguloſum.*

Allium petræum umbelliferum. *mag. Bot. app.* 289. *hort.* 9.

Allium montanum radice oblongâ. *Bauh. prod.* 27. 3.

Aſcalonicum 13. ALLIUM caule nudo tereti, foliis ſubulatis, umbellâ globoſâ, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 168. *Les échalottes.*

Cepa aſcalonica. *mag. hort.* 50.

Urſinum. 14. ALLIUM ſcapo nudo ſemicylindrico, foliis lanceolatis petiolatis, umbellâ faſtigiatâ. *h. m.* 169.

Allium ſylveſtre latifolium. *mag. hort.* 9.

Cepa. 15. ALLIUM ſcapo nudo infernè ventricoſo longiore, foliis teretibus. *h. m.* 169. *L'oignon.*

Cepa vulgaris tunicis & floribus purpuraſcentibus. *mag. hort.* 50.

Cepa vulgaris floribus & tunicis candidis. *mag. hort.* 50.

* PHARM. *Cepæ* radix, ſuccus. Vis orexica, flatulenta, anthelmintica, diuretica, anticalculoſa, aphrodiſiaca, antiaſthmatica, alexiteria, extus maturans, antiotalgica, anticophoſica, buboni, furunculo, ambuſtis hæmorrhoïdibus adverſa.. *ſuccus* ad unc. III. IV.

Fiſtuloſum. 16. ALLIUM ſcapo nudo folia adæquante, foliis teretibus ventricoſis. *h. m.* 169. *La ciboule.*

Cepa oblonga. *mag. hort.* 50.

Schænopraſum. 17. ALLIUM ſcapo nudo adæquante folia teretia ſubulato-filiformia. *h. m.* 169. *Autre ciboule.*

Cepa minima ſterilis. *mag. hort.* 50.

LILIUM.

Cor. campanulata nuda infera: *petalis* baſi incumbentibus lineâ longitudinali nectariferâ. *capſ.* valvulis pilo cancellato connexis.

Herba. fol. ſparſa. *inflor.* racemoſa terminalis.

Candidum. 1. LILIUM foliis ſparſis, corollis campanulatis intus glabris. *h. m.* 169. *Le lys.*

Lilium album vulgare flore erecto. *mag. hort.* 118.

* PHARM. *Lilii albi* radix, flores, aqua, oleum. Vis emolliens! anodina, maturans.. *florum* & *aquæ*

intus bechica, demulcens, antituſſiculoſa.. *aqua* ab unc. IV. V... *flores* ad pug. II. III. in ptiſana.

2. LILIUM foliis ſubverticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *h. m.* 170. *Martagon.*

Lilium flore nutante ferrugineo. *mag. Bot.* 155.

Lilium floribus reflexis montanum. *mag. hort.* 118.

β. Lilium floribus reflexis albis non punctatis. *mag. hort.* 118.

TULIPA.

Cor. campanulata nuda infera. *ſtyl.* o.

Herba: ſcapus teres. *inflor.* ſolitaria terminalis.

1. TULIPA filamentis baſi barbatis, foliis lanceolatis. *h. m.* 171. *Sylveſtris.*

Tulipa minor lutea narbonenſis. *mag. Bot.* 272. *hort.* 200.

2. TULIPA flore erecto, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 171. *Geſneriana.*

Tulipa præcox. *mag. hort.* 200.

ORNITHOGALUM.

Cor. erecta, infera, nuda, perſiſtens, ſupra medium patens; *petala* extus herbacea. *filam.* alterna baſi dilatata.

Herba. inflor. corymboſa, racemoſa.

* *Staminibus omnibus ſubulatis.*

1. ORNITHOGALUM ſcapo angulato, bracteis binis umbellâ longioribus, pedunculis ſimpliciſſimis. *h. m.* 171. *Luteum.*

2. ORNITHOGALUM ſcapo angulato, bracteis binis ternisve umbellâ longioribus, pedunculis ramoſis. *h. m.* 172. *Minimum.*

Ornithogalum luteum minus. *mag. hort.* 150.

3. ORNITHOGALUM racemo longiſſimo, filamen- *Pyrenaïcum.*

tis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus, fructiferis ſcapo approximatis. *h. m.* 172.

** *Filamentis alternis emarginatis.*

Umbellatum. 4. ORNITHOGALUM floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis emarginatis. *h. m.* 172.
Ornithogalum umbellatum medium anguſtifolium. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.

Narbonenſe. 5. ORNITHOGALUM racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribuſque patentibus. *h. m.* 172.
Ornithogalum ſpicatum monſpelienſe lacteo flore. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.
OBS. Pedunculi longi. Bracteæ pedunculis æquales, ſolitariæ, acuminatæ.

SCILLA.

Cor. infera, nuda, decidua, patens. *filam.* filiformia.
Herba: ſcapus teres. *inflor.* racemoſa.

Autumnalis. 1. SCILLA radice ſolidâ, foliis filiformibus linearibus, floribus corymboſis, pedunculis nudis adſcendentibus longitudine floris. *h. m.* 176.
Hyacinthus autumnalis minor. *mag. Bot.* 134.
Ornithogalum autumnale minus. *mag. hort.* 150.

Bifolia. 2. SCILLA radice ſolidâ, floribus erectioribus paucioribus. *h. m.* 174.
Ornithogalum bifolium cæruleum germanicum. *mag. hort.* 150.

ANTHERICUM.

Cor. infera plana nuda. *capſ.* ovata.
Herba. rad. funiculiformis. *inflor.* racemoſa.

* Phalangium, *foliis canaliculatis.*

1. ANTHERICUM foliis planis, caule ſimpliciſſimo. *h. m.* 175. *Liliago.*
Phalangium non ramoſum. *mag. Bot.* 201.
Phalangium parvo flore non ramoſum. *mag. hort.* 158.

** Narthecium, *foliis enſiformibus.*

2. ANTHERICUM foliis enſiformibus, perianthiis trilobis filamentis glabris. *h. m.* 175. *Calyculatum.*
Phalangium alpinum iridis folio. *mag. hort.* 158.

ASPARAGUS.

Cor. infera nuda erecta: petalis 3 internis apice reflexis. *bacc.* 3-locularis 2-ſperma.

Herba. fol. faſciculata. *inflor.* pedunculi gemini axillares ſublaterifolii divergentes.

1. ASPARAGUS caule erecto herbaceo, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *h. m.* 176. *L'aſperge.* *Officinalis.*
Aſparagus ſylveſtris folio tenuiſſimo. *mag. Bot.* 30. *hort.* 24.
β. Aſparagus maritimus craſſiore folio. *mag. Bot. hort.* 24.
γ. Aſparagus hortenſis. *mag. hort.* 24.
* Pharm. *Aſparagi* radix, ſemina. Vis aperiens, diuretica, aphrodiſiaca. *Radix* ab unc. ſſ. ad unc. 1.

2. ASPARAGUS caule herbaceo ſuffruticuloſo, foliis aciformibus perennantibus mucronatis ternis æqualibus. *h. m.* 176. *Acutifolius.*
Aſparagus foliis acutis. *mag. Bot.* 31. *hort.* 24.

BERBERIS.

Cal. 6-phyllus. *cor.* infera. *glandulæ* 2 ad ungues. *ſtylus.* o. *bacc.* 2-ſperma.

Frutex. inflor. racemoſa : floſculis inferioribus verticillatis.

Obs. Filamenta ad tactum ſenſibilia... Variat floribus diandris, triandris, tetrandris.

Dumetorum. 1. BERBERIS. *h. m.* 184. *L'épinevinette.*
Berberis vulgò quæ oxyacantha putata. *mag. hort.* 38.
* Pharm. *Berberidis* cortex, baccæ maturæ, conditæ, ſuccus, ſyrupus, ſemina. Vis *corticis* purgans, antiauriginoſa. *Baccarum* refrigerans, antiputredinoſa, antibilioſa, tonica. *Succus* ad unc. 1.

PEPLIS.

Cal. campanulatus, 12 denticulis, alternis 6 reflexis. *petala* calyci inſerta. *capſ.* 2-locularis.

Herba. fol. oppoſita ſeſſilis. *inflor.* axillaris ſolitaria ſeſſilis.

Portula. 1. PEPLIS. *Linn. ſp. pl.* 332.
Glaux paluſtris flore ſtriato clauſo, foliis portulacæ. *Tour.* 88.
Habitat in udis foſſis ſalſis circa ſtagna, *à Maguelone, Perauls.*

HEXANDRIA DIGYNIA.

LYTHRUM.

Cal. cor. capſ. caul. Vide infrà Dodecand. monogyniam. *fol.* inferior oppoſita. *inflor.* axillaris ſolitaria ſeſſilis.

2\. LYTHRUM foliis ſummis alternis linearibus, floribus hexandris. *h. m.* 228. *Hyſſopifolium.*
Gratiola minor, ſive hyſſopifolia. *mag. Bot.* 123.
Salicaria hyſſopifolia. *mag. hort.* 176.

HEXANDRIA

TRIGYNIA.

COLCHICUM.

Spatha radicata. *cor.* tubo longiſſimo radicato. *capſ.* 3 connexæ inflatæ.
Herba. rad. tuberoſa ſolida: radiculis dimidiatis palmatis. *inflor.* à latere bulbi eodem ac radiculæ.

Obs. Secundo anno *radiculæ*, *folia* & *ſcapus* prodeunt ex oppoſito bulbi latere, & ſic quotannis à dextro ad ſiniſtrum, & vice verſâ, ſedem mutant.

1\. COLCHICUM foliis planis lanceolatis erectis. *h. m.* 189. *Le tue-chien.* *Autumnale.*
Colchicum commune. *mag. Bot.* 71. *hort.* 60.
β. Colchicum flore albo. *mag. hort.* 60.

ENNEANDRIA.

BUTOMUS.

Cal. o. *capſ.* 6 polyſpermæ.
Herba, immerſa & emerſa. *rad.* fibroſa. *inflor.* terminans ſcapum, umbellata.

1\. BUTOMUS. *h. m.* 202. *mag. hort.* 37. *Le jonc fleuri.* *Umbellatus.*
Juncus cyperoïdes paludoſus floridus. *mag. Bot.* 145.

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

LYTHRUM.

Cal. cylindricus ſtriatus 12-dentatus, 6 alternis reflexis; *petala* denticulis calycinis interpoſita. *capſ.* 2-locul. polyſperma.

Herba 4-gona, immerſa & emerſa. *fol.* oppoſita integerrima.

Salicaria. 1. LYTHRUM foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. *h. m.* 227. *La ſalicaire.*

Lyſimachia purpurea vulgaris ſpicata. *mag. Bot.* 172.

Salicaria vulgaris purpurea foliis oblongis. *mag. hort.* 176.

* Pharm. *Lyſimachiæ purpureæ* herba. Vis adſtringens, antidyſenterica, antidiarrhoïca.. *comæ floridæ* ad man. 1, in decocto.. *plantæ pulveratæ* ad drach. 1, vel drach. 1-ſſ. bis in die.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

ANEMONE.

Cal. 0. *ſemina* plurima receptaculo longo affixa.

Herba. fol. incerta. *inflor.* pedunculata ſolitaria terminalis. *fulc.* incerta.

* Hepaticæ & pulſatillæ, *flore bracteato, caule ſcapoſo.*

1\. ANEMONE bracteis ternis approximatis calyciformibus integerrimis, foliis integerrimis trilobis. *h. m.* 261. *L'hépatique.* *Hepatica.*
Trifolium hepaticum, ſive herba trinitatis, flore cæruleo. *mag. Bot.* 271.
Ranunculus tridentatus vernus flore ſimplici. *mag. hort.* 169.
Idem, flore albo; carneo; pleno. *mag. hort.* 169.
* PHARM. *Hepaticæ nobilis* herba, flores. Vis vulneraria, tonica, adſtringens, antiherniosa, coſmetica.

2\. ANEMONE bractea remota multifida, petalis rectis, foliis bipinnatis. *h. m.* 261. *La pulſatille.* *Pulſatilla.*
Pulſatilla folio craſſiori & majori flore. *mag. Bot.* 304.
Pulſatilla purpurea cærulea. *mag. hort.* 166.
* PHARM. *Pulſatillæ* herba, aqua. Vis corroſiva, ſternutatoria, epicarpica, veſicatoria; *aquæ* antiulceroſa, abſtergens.

** Anemone *caule folioſo, ſeminibus caudatis.*

3\. ANEMONE foliis radicalibus ternato-decompoſitis, involucro folioſo. *h. m.* 262. *L'anemone.* *Coronaria.*
Anemone tenuifolia flore dilutè purpuraſcente. *mag. hort.* 15.

4\. ANEMONE foliis digitatis. *h. m.* 263. *Hortenſis.*

5\. ANEMONE foliis caulinis ternis connatis ſupradecompoſitis multifidis, ſeminibus hirſutis caudatis. *Linn. ſp.* 539. *Alpina.*
Pulſatilla flore albo. *Tour.* 284.
HABITAT in pratis *à l'Eſperou.*

*** Anemone *flore nudo, ſeminibus ecaudatis.*

6\. ANEMONE foliis ternatis ovatis integris ſerratis, caule unifloro. *h. m.* 263. *Trifolia.*

Nemoroſa. 7. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule unifloro. *h. m.* 263.

Ranunculus nemoroſus, anemones flore minor. *mag. Bot.* 219.

Ranunculus nemoroſus albus. *mag. app.* 304.

* PHARM. *Ranunculi nemoroſi*, ſeu *albi* flores, aqua. Vis anticephalalgica, coſmetica.

POLYGAMIA MONŒCIA.

VERATRUM.

Hermaphr. *cal.* 0. *ſtam.* 6. *piſt.* 3. *capſ.* 3. polyſpermæ maſ. *cal. ſtam.* hermaphroditi. rudimentum *piſtilli.*

Herba. fol. alterna vaginans integerrima. *inflor.* racemoſa ramoſa: floſculis immixtis.

Album. 1. VERATRUM racemo ſupradecompoſito, corollis erectis. *h. m.* 512. *L'hellébore blanc.*

Helleborus albus flore ſubviridi. *mag. hort.* 68.

* PHARM. *Hellebori albi* radix. Vis draſtica, ſternutatoria, antiſcabioſa, antipedicularis, antihypochondriaca, antineaniaca, antiepileptica, anticophoſica, antiquartanaria, cautè intus uſurpanda. *Radix* à gran. VI ad VII.

Claſſis XI^a.

HEXAPETALI IRREGULARES.

DODECANDRIA.

RESEDA.

HEXAPETALI IRREGULARES.

DODECANDRIA

RESEDA.

Cal. 1-phyllus partitus. *petala* laciniata. *ſtyli* 3-4. *capſ.* ore dehiſcens 1-locularis.

Herba. inflor. racemoſa. *fol.* incerta.

Luteola. 1. RESEDA foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis. *h. m. La gaude.*
Luteola herba ſalicis folio. *mag. Bot.* 168. *hort.* 124.

Seſamoïdes. 2. RESEDA foliis lanceolatis integris, fructibus ſtellatis. *h. m.* 229.

Alba. 3. RESEDA foliis pinnatis, floribus tetragynis. *h. m.* 124.
Reſeda foliis calcitrapæ, flore albo. *mag. Bot.* 221. *hort.* 172.

Lutea. 4. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. *h. m.* 125.
Reſeda vulgaris. *mag. Bot.* 221. *hort.* 172.

Phyteuma. 5. RESEDA foliis integris, trilobiſque, calycibus maximis. *h. m.* 230.
Reſedæ affinis phyteuma. *mag. Bot.* 221.
Reſeda minor vulgaris. *mag. hort.* 172.

Claſſis XII^{a}.

POLYPETALI

REGULARES.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

MONOTROPA.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

NYMPHÆA.

POLYANDRIA

POLYGYNIA.

TROLLIUS.
ADONIS.

POLYPETALI REGULARES.

OCTANDRIA MONOGYNIA.

MONOTROPA.

Cal. o. *petala* 10 : 5 exterioribus baſi excavato-melliferis extus gibbis : *calyx?* *capſ.* 5-valvis polyſperma.

Herba paraſitica. *fol.* o. *inflor.* ſpicata terminans ſcapum.

Hypopithys. 1. MONOTROPA floribus lateralibus octandris, terminali decandro.

HABITAT copiosè in luco ſito ad dexteram ultra pontem *à Selleneuve*, *obſervante D. Vicari.*

POLYANDRIA MONOGYNIA.

NYMPHÆA.

Cal. 4-ſ-5-phyllus. *ſtyl.* o. *bacc.* multilocularis truncata corticoſa.

Herba immerſa. *fol.* peltata emerſa. *inflor.* radicalis emerſa : pedunculo immerſo : fructificationibus immerſis.

Lutea. 1. NYMPHÆA calyce magno pentaphyllo. *h. m.* 254. *Le nenuſar jaune.*

Nymphæa

Nymphæa lutea major. *mag. Bot.* 188. *hort.* 145.

* PHARM. *Nymphææ luteæ* radix, flores, conſerva, ſyrupus, aqua, oleum. Vis *florum* ſuccedanea floribus ſpeciei ſequentis, ſed debilior. Attamen *radix* hujuſce ſpeciei alterius radici præfertur.

2. NYMPHÆA calyce quadrifido. *h. m.* 254. *Le nymphéa blanc.* *Alba.*

Nymphæa alba major. *mag. Bot.* 188. *hort.* 145.

* PHARM. *Nymphææ albæ* radix, flores, conſerva, ſyrupus, aqua, oleum. Vis refrigerans, antidyſurica, antiphlogiſtica, antigonorrhoïca, anodina, ſoporifera. *Syrupus* ab unc. ſſ. ad unc. II. *aqua* ab unc. III ad VI.

POLYANDRIA

POLYGYNIA.

TROLLIUS.

Cal. 0. *petala* circiter 14. *capſ.* ovatæ, plures 1-ſpermæ.

Herba. fol. digitato-multifida: caulina ſeſſilis.

1. TROLLIUS corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. *Linn. ſp. pl.* 556. *Europæus.*

Helleborus uniflorus petalis & ſiliquis pluribus. *Hall. helv.*

HABITAT *à l'Eſpinouſe*, *Lamalou* ad lævam.

ADONIS.

Cal. 5-phyllus. *ſem.* nuda plura corticata angulata.

Herba. fol. lineari-decompoſita.

1. ADONIS floribus octopetalis, fructibus ſemicylindricis. *h. m.* 264. *Annua.*

Adonis recentiorum anemone ſpecies. *mag. Bot.* 5.
Ranunculus foliis anthemidis, floribus rubicundis ſplendentibus. *mag. hort.* 168.

β. Ranunculus foliis anthemidis, flore minore atrorubente. *mag. hort.* 168.

Vernalis. 2. ADONIS flore dodecapetalo, fructibus ovatis. *h. m.* 264. *L'hellébore d'Hypocrate.*
Ranunculus fæniculaceis foliis, hellebori nigri radice. *mag. hort.* 168.

Claſſis XIII^a.

COMPOSITI EX REGULARIBUS.

SYNGENESIA

POLYGAMIA ÆQUALIS.

ECHINOPS.
ARCTIUM.
SERRATULA.
CARDUUS.
CNICUS.
ONOPORDON.
CYNARA.
CARLINA.
ATRACTYLIS.
CARTHAMUS.
BIDENS.
CACALIA.
EUPATORIUM.
STÆHELINA.
CHRYSOCOMA.

SYNGENESIA

POLYGAMIA SUPERFLUA.

ARTEMISIA.
GNAPHALIUM.
XERANTHEMUM.
CONYZA.

CARPESIUM.

SENECIO. I.

SYNGENESIA

POLYGAMIA NECESSARI*A.*

FILAGO.

MYCROPUS.

DIŒCIA

SYNGENESIA.

GNAPHALIUM. I.

COMPOSITI EX REGULARIBUS.

SYNGENESIA

POLYGAMIA ÆQUALIS.

ECHINOPS.

Cal. communis minimus reflexus: proprius ſubuniflorus imbricatus.

Herba. inflor. terminalis: calyculis diſtinctis conglobatis.

1. ECHINOPS calyculis unifloris, caule multicapitato, foliis ſpinoſis, ſuprà glabris. *h. m.* 420. *Sphærocephalus.*

Echinops major. *mag. hort.* 71.. folia ſubtus tomentoſa.

2. ECHINOPS calyculis unifloris, caule unicapitato. *h. m.* 420. *Ritro.*

Carduus ſphærocephalus cæruleus minor. *mag. Bot.* 50.

Echinops minor. *mag. hort.* 71. & flore albo. *ibid.*

ARCTIUM.

Cal. communis globoſus, ſquamis apice hamis inflexis.

Herba. fol. ſimpliciſſima petiolata.

1. ARCTIUM foliis cordatis inermibus. *h. m.* 420. *La bardane.* *Lappa.*

Lappa major, ſeu arctium Dioſcoridis. *mag. Bot.* 150. *hort.* 111.

* PHARM. *Bardanæ* radix, herba, ſuccus, ſemina. Vis *radicis* diuretica, ſudorifera, antiſyphilica, antiarthritica, antinephritica. *Seminum* diuretica, purgans. *Herba* extus abſtergens, reſolvens, antiarthritica. *Radix* in pulvere ad uſque drach. 1. in decocto ad uſque unc. 1.. *ſemina* à drach. ſſ, ad drach. 1.. *ſuccus* ad unc. IV.

SERRATULA.

Cal. imbricatus ſubcylindricus muticus.
Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis: pedunculis multifloris.

Tinctoria. 1. SERRATULA foliis pinnatifidis, pinnâ terminali maximâ. *h. m.* 421. *La ſerrette.*
Serratula. *mag. Bot.* 239.
Jacea nemorenſis, quæ ſerratula vulgò. *mag. hort.* 103.
* PHARM. *Serratulæ* radix, herba. Vis vulneraria, abſtergens, cicatrizans, reſolvens, antihæmorrhoïdalis.. *folia* ad man, ſſ. in infuſo.. *radix* pulverata ad drach. 1.

Arvenſis. 2. SERRATULA foliis dentatis ſpinoſis. *h. m.* 421.
Carduus vinearum repens ſonchi folio. *mag. Bot.* 49.
Cirſium arvenſe ſonchi folio, radice repente. *mag. hort.* 57.

CARDUUS.

Cal. ovatus imbricatus, ſquamis ſpinoſis. *recept.* piloſum.
Herba. rad. & fol. incerta. *inflor.* terminalis.

* *Foliis decurrentibus.*

Lanceolatus. 1. CARDUUS foliis decurrentibus haſtato-pinnatis ſpinoſis, laciniis divaricatis, calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. *h. m.* 421.

Carduus lanceolatus ſive ſylveſtris. *mag. Bot.* 49. *hort.* 43.

β. Carduus lanceolatus ferocior. *mag. Bot.* 50. *hort.* 43.

Cnicus lanceolatus validiſſimis aculeis munitus. *Tour.* 451.

2. CARDUUS foliis ſpinoſis ſemi-decurrentibus, floribus cernuis, ſquamis calycinis ſupernè patentibus. *h. m.* 422. *Nutans.*

Carduus nutans. *mag. Bot.* 49. *hort.* 43.

3. CARDUUS foliis ſinuatis decurrentibus margine ſpinoſis, calycibus pedunculatis ſolitariis erectis villoſis. *h. m.* 422. *Acanthoïdes.*

Carduus acanthoïdes. *mag. Bot.* 49.

4. CARDUUS foliis ſinuatis decurrentibus, margine ſpinoſis, floſculis aggregatis terminalibus nudis. *h. m.* 422. muticis. *Criſpus.*

Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris. *mag. Bot.* 49. *hort.* 43.

β. Carduus cirſium dictus, folio laciniato nigrius. *mag. Bot.* 49.

5. CARDUUS foliis lanceolatis ſubrepandis decurrentibus, glabris inæqualiter ciliatis, pedunculis alternis, calycibus inermibus. *h. m.* 422. *Monſpeſſulanus.*

Cirſium monſpeliacum folio longo glabro. *mag. Bot.* 66.

Cirſium foliis non hirſutis, floribus compactis. *mag. hort.* 56.

6. CARDUUS foliis decurrentibus pinnatifidis dentatis: margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. *Linn. ſp. pl. ed.* 2ª. 1151. *Paluſtris.*

Cirſium pratenſe polycephalon vulgare. *Tour.* 448.

Habitat juxta rivulos *à l'Eſperou.* Caulis humanæ altitudinis. Folia inferiora ſeſquipedalia.

** *Foliis amplexicaulibus.*

7. CARDUUS foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis, ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. *h. m.* 422. *Le chardon Marie.* *Marianus.*

Carduus albis maculis notatus vulgaris. *mag. Bot.* 49.

Carduus marianus, ſive lacteis maculis notatus. *mag. hort.* 43.

* PHARM. *Cardui Mariæ* radix, herba, ſuccus, aqua, ſemina. Vis diuretica ſudorifera, deobſtruens, thoracica, antipleuritica, antihydrophobica, febrifuga, antiulceroſa, anticarcinomatoſa. *Radix* & *folia* in decocto.. *ſuccus* ad unc. IV.. *ſemina* pulverata aut in emulſis à drach. I. ad drach. II.

*** *Foliis ſeſſilibus.*

Eriophorus. 8. CARDUUS foliis ſeſſilibus bifariàm pinnatifidis, laciniis alternis erectis, calycibus villoſis globoſis. *h. m.* 423.

Carduus capite rotundo tomentoſo. *mag. Bot.* 50. *hort.* 43.

* PHARM. *Cardui eriocephali* herba, ſuccus. Vis anticarcinomatoſa, ex *Borello*, *Tournefortio.*

Tuberoſus. 9. CARDUUS foliis pinnatifidis ſpinoſis ſeſſilibus, caule inermi, capitulis ſolitariis. *h. m.* 423.

Carduus pratenſis aſphodeli radice latifolius. *mag. Bot.* 48.

Cirſium pratenſe aſphodeli radice latifolium. *mag. hort.* 57.

β. Cirſium pratenſe aſphodeli radice, foliis tenuiùs inciſis. *mag. hort.* 57.

Acaulis. 10. CARDUUS calyce glabro. *Linn. ſp. pl. edit.* 1156.

Cirſium acaulos minori purpureo. *Tour.* 448.

HABITAT in elato colle, ultra pagum *Meyrueis*, ad dexteram. Caulis interdum ſeſquipollicaris.

CNICUS.

Cal. ovatus imbricatus ſquamis ramoſo-ſpinoſis.

Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis.

1. CNICUS foliis lanceolatis decurrentibus indiviſis, calycibus pinnato-ſpinoſis. *h. m.* 423. *Acarna.*
Chamæleon niger ſalmanticenſis. *mag. Bot.* 60.
Carduus ſalmanticenſis acarnæ foliis incanis. *mag. hort.* 44.
Copioſè creſcit in monte Cetio.

2. CNICUS caule diffuſo villoſo, foliis dentato-ſinuatis. *h. m.* 424. *Le chardon bénit.* *Benedictus.*
Cnicus ſylveſtris hirſutior, ſive carduus benedictus. *mag. hort.* 59.
* PHARM. *Cardui benedicti* herba, ſuccus, aqua, ſemina. Vis ſudorifera, diuretica, antipleuritica, tonica, febrifuga, reſolvens, antipeſtilens, antiphlegmatorrhagica, antihemicranica, antivertiginoſa, eccoprotica, ſubvomitoria. Datur in ſubſtantia ad drach. I.. *ſuccus* ad unc. III. IV. *Decoctum* ex man. ſſ, datur pluries in die ad unc. VI.. *extractum* ad drach. ſſ.. *ſemina* in emulſis ad drach. III.. *aqua* ab unc. IV ad VI.

ONOPORDON.

Cal. imbricatus ventricoſus, ſquamis ſpinoſis. *recept.* nudum.
Herba, lanata. *fol.* radicalis pinnatifida.

1. ONOPORDON calycibus ſquarroſis, foliis ovato-oblongis ſinuatis. *h. m.* 424. *Le pet d'âne, ou l'épine blanche.* *Acanthium.*
Acanthium. *mag. Bot.* 2.
Carduus tomentoſus latifolius ſylveſtris. *mag. hort.* 44.
* PHARM. *Acanthii*, ſeu *ſpinæ albæ* radix. Vis aperiens, diuretica, ſtomachica, carminativa, reſolvens.

2. ONOPORDON calycibus ſquarroſis, ſquamis lanceolatis, foliis pinnatifidis lanceolatis. *h. m.* 424. *Illyricum.*
Acanthium illyricum. *mag. Bot.* 2.
Carduus illyricus ſpinoſior, capitulis majoribus. *mag. hort.* 44.

Obs. Folia anguſtiora, minùs inciſa, magis tomentoſa. Capituli majores magis echinati, mucronati.

CYNARA.

Cal. dilatatus imbricatus ſquamis canaliculatis carnoſis emarginatis cum acumine.

Herba. fol. patens, incerta. *inflor.* terminalis.

Scolymus. 1. CYNARA foliis ſubſpinoſis pinnatis indiviſiſque, ſquamis calycinis ovatis. *h. m.* 425. *L'artichaud.*
Cynara ſylveſtris latifolia. *mag. Bot.* 65. *hort.* 56.
β. Cynara hortenſis foliis non aculeatis. *mag. hort.* 56.
γ. Cynara hortenſis foliis aculeatis. *mag. hort.* 56.
* Pharm. *Cynaræ* radix. Vis diuretica..... Folia radicalia priora integerrima.

Carduncultus. 2. CYNARA foliis ſpinoſis, omnibus pinnatifidis, ſquamis calycinis ovatis. *h. m.* 425.
* Pharm. *Cardonum* radix. Vis antecedentis.

CARLINA.

Cal. radicatus ſquamis marginalibus longis coloratis.

Herba. fol. rigida.

Acaulis. 1. CARLINA caule unifloro, flore breviore. *h. m.* 425. *La carline.*
Carlina caulifera & acaulis. *mag. Bot. app.* 292.
Carlina acaulos magno flore. *mag. hort.* 44.
* Pharm. *Carlinæ* radix. Vis ſudorifera, ſtomachica, antihyſterica, antiſcabioſa. Datur in pulvere à ſcrup. I, ad drach. I; in infuſo ad drach. II; in decocto ad unc. ſſ. in aquæ lib. II, ad tertiæ partis conſumptionem.

Lanata. 2. CARLINA caule ſubunifloro longiore lanato, radio calycis purpureo. *h. m.* 426.
Carlina annua purpurea Monſpelienſium. *mag. Bot.* 51. *hort.* 45.

OBS. Tota planta etiamdum floret lanata; incipiente autem fructificatione, ita ſenſim lanam exuit, ut perfectâ fructificatione tota ſit glabra.

3. CARLINA caule multifloro ſubdiviſo, floribus ſeſſilibus, radio calycis ſulphureo. *h. m.* 426. *Corymboſa.*

CARLINA ſylveſtris vulgaris. *mag. Bot.* 51. *hort.* 44.

4. CARLINA floribus lateralibus ſeſſilibus pauciſſimis. *h. m.* 426. *Racemoſa.*

Carlina ſylveſtris minor hiſpanica. *mag. Bot.* 51. *hort.* 44.

A T R A C T Y L I S.

Floſculi in radio (ſæpius) 5-dentati.

Herba. inflor. terminalis. *fulc.* bracteæ involucrantes pinnatæ.

1. ATRACTYLIS involucris cancellatis ventricoſis, linearibus dentatis, calycibus ovatis, floribus floſculoſis. *h. m.* 426. *Cancellata.*

C A R T H A M U S.

Cal. ovatus imbricatus, ſquamis apice ſubovato-foliaceis.

Herba. fol. incerta, rigida. *inflor.* terminalis nuda.

1. CARTHAMUS caule piloſo ſupernè lanato, foliis inferioribus pinnatifidis, ſummis amplexicaulibus dentatis. *h. m.* 427. *Lanatus.*

Atractylis lutea. *mag. Bot.* 34.

Cnicus atractylis lutea dictus. *mag. hort.* 59.

2. CARTHAMUS foliis caulinis linearibus pinnatis longitudine plantæ. *h. m.* 427. *Carduncellus*

Carduncellus montis lupi. *mag. Bot.* 51.

Cnicus cæruleus humilis montis lupi. *mag. hort.* 59.

BIDENS.

Cal. imbricatus. *cor.* radius floſculo uno aut altero radiante. *recept.* paleaceum. *pappus* ariſtis 2 erectis retrorſum ſcabris.

Herba. fol. & *inflor.* incerta.

3-partita. 1. BIDENS corollis floſculoſis, calycibus ſubfoliofis, ſeminibus erectis, foliis trifidis. *h. m.* 428.
Eupatorium dictum cannabina aquatica folio tripartito. *mag. Bot.* 296.
Cannabina aquatica folio tripartito diviſo. *mag. hort.* 40.

Cernua. 2. BIDENS ſeminibus erectis, foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis. *h. m.* 428.
Eupatorium dictum cannabina aquatica, folio non diviſo. *mag. Bot.* 295.
Cannabina aquatica folio non diviſo. *mag. hort.* 40.

Bipinnata. 3. BIDENS foliis bipinnatifidis inciſis, calycibus involucratis, corollis ſemiradiatis, ſeminibus divergentibus. *h. m.* 428.
Cannabina aquatica foliis apii modo diſſectis. *mag. hort.* 40.
HABITAT copiosè ad dexteram *à Selleneuve*, *à Gramont*, *à la Paillade.*

CACALIA.

Cal. cylindricus oblongus baſi tantùm ſubcalyculatus. *recept.* nudum. *pappus* piloſus.

Herba. rad. ſtolonifera. *fol.* radicalis petiolata ſuborbiculata.

Alpina. 1. CACALIA foliis reniformibus petiolatis acutis dentatis. *h. m.* 429.

Cacalia foliis cutaneis acutioribus & glabris. *mag. hort.* 36.

Habitat copioſè ſecus amnem *à Lamalou.* Folia novella utrinque tomentoſa, deinde lanam ſupernè exuunt, quandoque infrà.

EUPATORIUM.

Cal. imbricatus, oblongus. *ſtylus* ſemibifidus longus. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.

Herba. fol. caulina oppoſita ternata: ramea-ſubalterna ſimplex integra.

1. EUPATORIUM foliis oppoſitis ternatis ſeſſilibus. *h. m.* 430. *L'eupatoire.* *Cannabinum.*

Eupatorium cannabinum. *mag. Bot.* 93. *hort.* 76.

* Pharm. *Eupatorii* radix, herba, ſuccus, extractum. Vis *radicis*, *herbæ*, vulneraria, corroborans, deobſtruens, antiædematoſa, anticachectica, antihydropica, antihydrocelica. *Folia* ac *ſummitates* ad man. I. in aquæ lib. I.. *folia ſicca* in potu theiformi.. *ſuccus* ad unc. III.. *extractum* ad drach. I.

STÆHELINA.

Cal. oblongus imbricatus ſquamis apice colorato-membranaceis reflexis. *recept.* paleaceum. *pappus* plumoſus.

Suffruticulus. fol. alterna linearis ſubdecurrens, integra.

1. STÆHELINA foliis linearibus denticulatis, ſquamis calycinis lanceolatis, pappo calycibus duplo longiore. *h. m.* 430. *Gerard. gallop. icon. p.* 190. *Dubia.*

Helichryſum ſylveſtre flore oblongo. *mag. Bot.* 125. *& app.* 297.

Stæchas odorata purpurea. *mag. Bot.* 247.

Jacea capitata roriſmarini folio. *mag. hort.* 102.

Obs. Raró apud nos calycinæ ſquamæ reflectuntur, ſæpius autem ſibi invicem apprimuntur, valde coloratæ; & caulis valde incanus.

CHRYSOCOMA.

Cal. hemiſphæricus imbricatus. *ſtylus* vix floſculis longior. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. fol. linearis conferta ſparſa, integerrima.

Linoſyris. 1. CHRYSOCOMA herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus lævibus. *h. m.* 431.

Linaria folioſo capitulo. *mag. Bot.* 159.

Conyzis aliquatenus affinis. *mag. hort.* 62.

Obs. Caulis diffuſus ramoſus. *Folia* glaberrima longa. *Rami* longi debiles ad apicem uniflori, vix ramoſi.... Occurrit etiam in ſterilibus *à Villeneuve.*

SYNGENESIA

POLYGAMIA SUPERFLUA.

ARTEMISIA.

Cal. imbricatus ſquamis rotundatis conniventibus. *cor.* radii o. *recept.* ſubvilloſum vel nudiuſculum. *pappus* o.

Fruticulus, & *herba. fol.* incerta. *inflor.* racemoſa ſubſecunda.

* *Fruticoſæ erectæ.*

Abrotanum. 1. ARTEMISIA foliis ramoſiſſimis ſetaceis, caule ſuffruticoſo erecto. *h. m.* 432. *L'aurone.*

Abrotanum mas anguſtifolium. *mag. hort.* 1.

* Pharm. *Abrotani* herba. Vis aperiens, incidens, calefaciens, antacida, antitinealis, abſinthii ſuccedanea.

** *Procumbentes ante floreſcentiam.*

2. ARTEMISIA foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. *h. m.* 433. *Campeſtris.*
Artemiſia tenuifolia. *mag. Bot.* 29.
Abrotanum campeſtre. *mag. hort.* 1.
β. Abrotanum campeſtre cauliculis rubentibus. *mag. hort.* 1.
γ. Abrotanum campeſtre carlinæ odore. *Bauh. pin.* 136. *Tour.* 459.
δ. Abrotanum humile corymbis majoribus aureis. *Tour.* 459.
Abrotanum cum pulchris corymbis. *mag. hort.* 1.
3. ARTEMISIA foliis multipartitis tomentoſis, racemis cernuis, floſculis femineis ternis. *h. m.* 423. *Maritima.*
Abſinthium ſeriphium Gallicum. *mag. Bot.* 1. *hort.* 2.
Abſinthium ſantonicum Gallicum. *mag. Bot. app.* 289. *hort.* 2.

*** *Erectæ herbaceæ, foliis compoſitis.*

4. ARTEMISIA foliis compoſitis multifidis, floribus ſubglobofis pendulis: receptaculo villoſo. *h. m.* 433. *L'abſinthe.* *Abſinthium.*
Abſinthium vulgare majus. *mag. hort.* 2.
* PHARM. *Abſinthii vulgaris* ſeu *majoris*, herba, ſuccus, ſyrupus, vinum, ſal lixiviale. Vis *herbæ*, ſucci, ſyrupi, vini, ſtomachica, antacida, anthelmintica, deobſtruens, anticachectica, febrifuga; *ſalis* antiemetica. *Herba* in pulvere à ſcrup. I. ad drach. I.. *ſuccus* ab unc. ſſ. ad unc. II.. *vinum* ab unc. IV ad VI.. *ſyrupus* ab unc. ſſ. ad unc. II.. *ſal* à ſcrup. I. ad drach. ſſ.
5. ARTEMISIA foliis pinnatifidis planis inciſis, ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus, floribus ovatis, radio quinquefloro. *h. m.* 433. *L'armoiſe.* *Vulgaris.*
Artemiſia vulgaris major. *mag. Bot.* 28. *hort.* 22.
* PHARM. *Artemiſiæ rubræ*, & *albæ* herba, aqua, ſyrupus. Vis analeptica, corroborans, antitertianaria, uterina, antihyſterica, antidyſtocica,

emmenagoga, pellens. *Herba* ad man. I, in aquæ bullientis lib. ſſ.. infuſa ad man. II.. decocta in aquæ communis lib. III. in pulvere ad drach. I.. *aqua* ad unc. III. IV.

**** *Foliis ſimplicibus.*

Dracunculus 6. ARTEMISIA foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus glabris integerrimis. *h. m.* 433. *L'eſtragon.*
Abrotanum mas lini folio acriori & aromatico. *mag. hort.* I.

GNAPHALIUM.

Cal. imbricatus: ſquamis marginalibus rotundatis, coloratis membranaceis. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.
Herba. fol. mollis alterna. *inflor.* ſubracemoſa.

* Argyrocomæ, *calycibus albis.*

Luteo-album. 2. GNAPHALIUM foliis ſemi-amplexicaulibus enſiformibus repandis obtuſis utrinque pubeſcentibus, floribus conglomeratis. *h. m.* 434.
Gnaphalium ad ſtæchadem citrinam accedens. *mag. Bot.* 111.
Elychriſum ſylveſtre latifolium capitulis conglobatis. *mag. hort.*

** Chryſocomæ *calycibus luteis.*

Stæchas. 3. GNAPHALIUM foliis linearibus, caule fruticuloſo ramoſo, corymbo compoſito. *h. m.* 435. *L'immortelle.*
Elichryſum, ſeu ſtæchas citrina anguſtifolia. *mag. Bot.* 124. *hort.* 72.
✱ PHARM. *Stæchadis citrinæ* flores. Vis exſiccans, antiarthritica.

Sordidum. 4. GNAPHALIUM foliis linearibus alternis, caule fruticuloſo, floribus paniculatis ſubternis terminalibus ſeſſilibus. *h. m.* 435.

Elichryſum

Elichryſum ſylveſtre anguſtifolium capitulis conglobatis. *mag. Bot.* 125. *hort.* 72.

*** Filagines *calycibus cinereis.*

5. GNAPHALIUM caule ramoſo diffuſo, floribus terminalibus confertis. *h. m.* 4. 35. *Uliginoſum.*

Gnaphalio vulgari ſimilis. *mag. Bot.* 110.

Elichryſum aquaticum ramoſum minus capitulis foliatis. *mag. hort.* 72.

6. GNAPHALIUM caule ſimplici, floribus ſparſis. *Linn. ſp.* 857. *Sylvaticum.*

Elichryſum ſpicatum. *mag. hort.* 72.

HABITAT in ſterilibus, *au Capouladou*, *l'Eſperou.*

XERANTHEMUM.

Cal. imbricatus radiatus: radio colorato. *recept.* paleaceum. *pappus* ſetaceus.

Herba ſubſimplex incana. *fol.* integerrima patens incana.

1. XERANTHEMUM foliis lanceolatis patentibus. *h. m.* 436. *Annuum.*

Jacea oleæ folio capitulis ſimplicibus. *mag. Bot.* 298.

Jacea incana. *mag. Bot.* 137.

Xeranthemum flore ſimplici purpureo majore. *mag. hort.* 209.

Xeranthemum incanum flore albo. *mag. hort.* 209.

Jacea incana cyani capitulis. *Bauh. pin.* 272.

HABITAT copioſiſſimè in monte Cetio, ubi Maio & Junio floret.

CONYZA.

Cal. imbricatus ſubrotundus. *cor.* radii trifidæ. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. fol. ſimplex. *inflor.* terminalis ſubcorymboſa.

Squarroſa. 1. CONYZA foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo. *h. m.* 436.

Conyza major vulgaris. *mag. Bot.* 78. *hort.* 62.

CARPESIUM.

Cal. imbricatus, ſquamis exterioribus reflexis. *recept.* nudum. *pappus* o.

Herba. fol. ſimplex : ſumma involucriformis. *inflor.* nutans.

Cernuum. 1. CARPEZIUM floribus terminalibus. *Linn. ſiſt. nat.* 1212.

Aſter annuus attico luteo ſimilis foliis ad flores mollibus. *mag. Bot.* 32 ?

Aſteriſcus annuus foliis ad flores mollibus. *mag. hort.* 26 ?

Aſter annuus aquaticus patulus luteus. *Tour.* 498 ?

HABITAT ſecus fluvium, *à Lamouſſon, Caunelles, Grabels, la Verune.* Faciem conyzæ præ ſe fert. Folia tria quatuorve inæqualia calyci cuilibet ſubjacentia, ut in buphtalmo ſpinoſo, involucrantia.

OBS. Synonyma *Magnolii* & *Tourn.* huc pertinent, *ex Linnæo*; ad bupht. 2, pertinere mihi viſa ſunt.

SENECIO.

Cal. recept. papp. caul. fol. Vide

Corollulæ omnes æquales.

Vulgaris. 1. SENECIO corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus 1-floribus ſparſis. *h. m.* 439. *Le ſeneçon.*

Senecio vulgaris. *mag. Bot.* 238.

Senecio vulgaris ſive erigeron. *mag. hort.* 183.

* PHARM. *Senecionis* herba, ſuccus, aqua. Vis emolliens, reſolvens, extus doloribus articularibus adverſa. *ſuccus* intus datur ad unc. II.

SYNGENESIA
POLYGAMIA NECESSARIA.

FILAGO.

Cal. imbricatus· floſculi feminei inter ſquamas calycinas locati. *recept.* ſubvilloſum. *pappus* o.

Herba. fol. mollis alterna. *inflor.* ſeſſilis.

1. FILAGO floribus ſeſſilibus terminalibus, foliis floralibus majoribus. *h. m.* 495. *Pygmæa.*
Gnaphalium umbellatum minimum. *mag. Bot.* 111.
Elichryſo-gnaphalium roſeum. *mag. hort.* 73.

2. FILAGO tomentoſa corymbo ſubramoſo, foliis oblongis obtuſis ſubcrenatis. *h. m.* 465. *Maritima.*
Gnaphalium maritimum. *mag. Bot.* 110. *hort.* 89.

3. FILAGO calycibus pyramidatis pentagonis axillaribus, caule dichotomo erectiuſculo. *h. m.* 465. *L'herbe à cotton.* *Germanica.*
Gnaphalium vulgare majus. *mag. Bot.* 110.
Elichryſo-gnaphalium vulgare majus. *mag. hort.* 73.
* PHARM. *Gnaphalii vulgaris*, ſeu *herbæ impiæ* herba. Vis vulneraria adſtringens, pedis cati ſuccedanea. Datur ad man. 1, in aquæ lib. II. incocta.

4. FILAGO floribus conicis terminalibus, axillaribuſque, caule erecto ſubdichotomo. *h. m.* 465. *Montana.*
Gnaphalium minus repens. *mag. Bot.* 111.
Elichryſo-gnaphalium minus repens. *mag. hort.* 73.

5. FILAGO floribus conicis lateralibus, caule paniculato. *h. m.* 465. *Arvenſis.*

MYCROPUS.

Recept. paleaceum. *pappus* o. *cal.* calyculatus. *floſculi feminei* à ſquamis calycinis involuti.

Herba. fol. ſparſa conferta integerrima.
inflor. ſparſa ſeſſilis.

Erectus. 1. MYCROPUS caule erecto baſi ramoſo, calycibus edentulis ſolitariis. *Linn. ſiſt. nat.* 1236.
Gnaphalium minus repens. *mag. Bot.* 111.
Elichryſo-gnaphalium. *mag. hort.* 32.
Filago minor. *Tour.* 445.
Leontopodium verius Dioſcoridis. *Barr. icon.* 296.
HABITAT *à la Colombiere, Selleneuve, Caunelles, S. George.* Maio floret.

DIŒCIA

SYNGENESIA.

GNAPHALIUM.

Cal. recept. papp. caul. ſol. inflor. Vide ſuprà Syngeneſ. polygam. ſuperfl.
Maſ. & feminei flores in diſtincta planta.

Dioïcum. 1. GNAPHALIUM caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici terminali, ſarmentis procumbentibus. *h. m.* 435. *Le pied de chat.*
(Mas) elichryſum montanum folio rotundiore ſubpurpureo. *Tour.* 453.
Elichryſum montanum, ſive pes cati. *mag. hort.* 73.
(Femina) elichryſum montanum longiore folio & flore purpureo. *Tour.* 453.
* PHARM. *Ggnaphalii*, ſeu *pedis cati* flores, ſyrupus, conſerva. Vis vulneraria, adſtringens, roborans, bechica.

Claſſis XIV^a.

COMPOSITI EX IRREGULARIBUS.

SYNGENESIA

POLYGAMIA ÆQUALIS.

TRAGOPOGON.
SCORZONERA.
PICRIS.
SONCHUS.
LACTUCA.
CHONDRILLA.
PRÆNANTHES.
LEONTODON.
HIERACIUM.
CREPIS.
ANDRYALA.
HYOSERIS.
HYPOCHÆRIS.
LAPSANA.
CATANANCHE.
CICHORIUM.
SCOLYMUS.

COMPOSITI EX IRREGULARIBUS.

SYNGENESIA

POLYGAMIA ÆQUALIS.

TRAGOPOGON.

Cal. ſimplex poliphyllus. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.

Herba. inflor. pedunculis longis unifloris ad apicem incraſſatis.

Hirſutum. 1. TRAGOPOGON calycibus corollâ brevioribus, foliis ciliatis lineari-lanceolatis ſtrictis, caule hirto.

Tragopogon apulum humile hirſutum. *col. ecph. part.* 1. 233. *mag. Bot. app.* 306. *hort.* 198.

Tragopogon hirſutum. *Bauh. pin.* 274. *Tour.* 477.

HABITAT *à la Serane, à Lamalou, à l'Eſpinouſe.* Facies tragopogonis crocifolii. Folia rigida ad margines magis hirſuta : paginâ utrâque ferè lævi. Bienne.

Pratenſe. 2. TRAGOPOGON calycibus corollæ radium æquantibus, foliis integris ſtrictis. *h. m.* 404. *La barbe de bouc.*

Tragopogon pratenſe luteum majus. *mag. Bot.* 259. *hort.* 198.

* PHARM. *Barbæ hirci* radix, herba. Vis diuretica, anticalculoſa, antiherpetica, antituſſiculoſa.

Porrifolium. 3. TRAGOPOGON calycibus corollæ radio longioribus, foliis integris ſtrictis. *h. m.* 404. *Le ſarſifi.*

Tragopogon purpuro-cæruleum porri folio, quod artifi vulgò. *mag. Bot.* 259. *hort.* 198.

* PHARM. *Tragopogonis* radix, herba. Vis prioris.

4. TRAGOPOGON calycibus corollâ brevioribus inermibus, foliis lyrato-ſinuatis, ſummis lanceolatis integerrimis oppoſitis. *h. m.* 404. *Dalechampii.*

Hieracium magnum dentis leonis folio, foliis cichoraceis tomentoſis. *mag. hort.* 98.

Chondrilla foliis cichoraceis tomentoſis. *mag. Bot.* 64.

5. TRAGOPOGON calycibus corollâ brevioribus aculeatis, foliis pinnato-haſtatis. *h. m.* 405. *Picroïdes.*

Sonchus aſper laciniatus creticus. *mag. Bot.* 244. *hort.* 187.

6. TRAGOPOGON calycibus corollâ brevioribus hiſpidis, foliis integris, caulinis oblongis. *h. m.* 405. *Aſperum.*

Sonchus aſper folio ſubrotundo. *mag. Bot.* 244.

7. TRAGOPOGON calycibus corollæ radio longioribus, foliis integris, radicalibus pedunculiſque baſi villoſis. *h. m.* 405. *Crocifolium.*

Tragopogon purpuro-cæruleum crocifolium. *mag. Bot. app.* 307. *hort.* 198.

SCORZONERA.

Cal. imbricatus: ſquamis margine membranaceis: inferioribus cordatis. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.

Herba. inflor. terminalis: pedunculis ſquamoſis.

1. SCORZONERA caule ſubnudo unifloro, foliis nervoſis planis. *Linn. ſiſt. nat.* 1190. humilis

Tragopogon, ſive ſcorzonera anguſtifolia germanica. *mag. Bot.* 261.

Scorzonera anguſtifolia prima Cluſii. *mag. hort.* 181.

β. Tragopogon, ſive ſcorzonera latifolia altera. *mag. Bot. app.* 306.

γ. Tragopogon, ſive ſcorzonera humilis craſſiore folio. *mag. Bot. app.* 306. *hort.* 181.

HABITAT in ſterilibus circa *Villeneuve. v.* ad mare, *à Lattes.*

Hiſpanica. 2. SCORZONERA caule ramoſo, foliis amplexicaulibus integris: inferioribus ſerrulatis. *h. m.* 405. *La ſcorzonere des jardins.*

Tragopogon hiſpanicum, ſive ſcorzonera. *mag. Bot.* 260.

Scorzonera latifolia ſinuata. *mag. hort.* 161.

* PHARM. *Scorzoneræ* radix, herba, *florum* & *foliorum* aqua ſtillatitia. Vis *radicis* deobſtruens, antihypochondriaca, antiauriginoſa, ſudorifera, emmenagoga. *Aqua ſtillatitia* ab unc. IV ad unc. VI.

Anguſtifolia. 3. SCORZONERA foliis ſubulatis integris, pedunculo incraſſato, caule baſi villoſo. *h. m.* 406.

Laciniata. 4. SCORZONERA foliis linearibus pinnatifidis. *h. m.* 406.

Tragopogon tenuiſſimè laciniatum. *mag. Bot.* 259.

Scorzonera coronopi folio. *mag. hort.* 161.

Tragopogon coronopifolium. *Bauh. pin.* 274.

Picroïdes. 5. SCORZONERA foliis ſuperioribus amplexicaulibus integerrimis, inferioribus lyratis. *h. m.* 406. *La terregrepie.*

Chondrillis affinis quædam laciniata, aut trinciatella. *mag. Bot.* 64.

Sonchus lævis anguſtifolius. *mag. hort.* 188.

* PHARM. *Terræcrepolæ* radix, herba. Vis refrigerans, demulcens, lactifera, antiphlogiſtica.

PICRIS.

Cal. calyculatus. *ſem.* tranſverſim ſulcata. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.

Herba, aſpera. *fol.* pilis punctiſque prominulis ſcabra.

Echioïdes. 1. PICRIS perianthiis involucro maximo cinctis. *h. m.* 406.

Hieracium echioïdes capitulis cardui benedicti. *mag. Bot.* 131. *hort.* 98.

2. PICRIS perianthiis imbricatis nudis. *h. m.* 407. *Hieracioïdes.*
Hieracium aſperum majori flore in limitibus agrorum. *mag. Bot.* 131. *hort.* 98.

SONCHUS.

Cal. imbricatus ventricoſus. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.
Herba. fol. incerta. *inflor.* incerta.

1. SONCHUS pedunculis calycibuſque hiſpidis ſubumbellatis, foliis baſi cordatis. *h. m.* 407. *Arvenſis.*
Hieracium minus ſonchi folio, vel hieracium ſonchites. *mag. Bot.* 127.
Sonchus repens multis hieracium majus. *mag. hort.* 188.
Pedunculo nudo, foliis lanceolatis amplexicaulibus indiviſis retrorſum argutè dentatis. *Linn. ſiſt.* 1192. β. *Maritimus.*
2. SONCHUS pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. *h. m.* 407. *Le laitron.* *Oleraceus.*
Sonchus lævis laciniatus latifolius. *mag. Bot.* 244. *hort.* 187.
β. Sonchus laciniatus & non laciniatus. *mag. Bot.* 244. *Aſper.*
Sonchus aſper non laciniatus. *mag. hort.* 186.
Sonchus laciniatus ſpinoſus. *mag. hort.* 186.
* PHARM. *Sonchi lævis* herba. Vis ſcorzoneræ n°. 5.
β. *Sonchi aſperioris* herba. Vis eadem ac ſuperioris.
3. SONCHUS pedunculis tomentoſis, calycibus piloſis. *h. m.* 407. *Tenerrimus.*
Sonchus lævis in plurimas & tenuiſſimas lacinias diviſus. *mag. Bot.* 245. *hort.* 188.
4. SONCHUS pedunculis ſquamoſis, floribus racemoſis. *h. m.* 408. *Alpinus.*
5. SONCHUS pedunculo nudo, foliis lanceolatis amplexicaulibus indiviſis retrorſum argutè ſerratis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1116. *ſiſt. nat.* 1192. *Maritimus.*
Sonchus anguſtifolius maritimus. *mag. Bot.* 245. *hort.* 188. *Tour.* 475.

Habitat ad mare inter juncos, & in ſaxoſis à *Selleneuve*, *Grabels*, *Caunelles*.

LACTUCA.

Cal. imbricatus cylindricus. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex ſtipitatus.
Herba. inflor. terminalis ſubpaniculata.

Sativa. 1. LACTUCA foliis rotundatis, caule corymboſo. *h. m.* 408. *La laitue.*
Lactuca ſativa. *mag. hort.* 109. & vulgaris capitata. *ibid.*
β. Lactuca rubra maculoſa. *mag. hort.* 109.
γ. Lactuca romana longa dulcis. *mag. hort.* 109.
δ. Lactuca criſpa laciniata. *mag. hort.* 109.
* Pharm. *Lactucæ* herba, ſemina. Vis refrigerans, anodina, diluens, lactifera, antiaphrodiſiaca.

Viroſa. 2. LACTUCA foliis carinâ aculeatis dentatis. *h. m.* 408.
Lactuca ſylveſtris odore viroſo. *mag. Bot.* 148. *hort.* 109.

Laciniata. β. Lactuca ſylveſtris folio laciniato dorſo ſpinoſo. *mag. Bot.* 148.
Lactuca ſylveſtris coſtâ ſpinosâ. *mag. hort.* 109.

Integrifolia. γ. Lactuca ſylveſtris folio non laciniato. *mag. hort.* 109.

Saligna. 3. LACTUCA foliis haſtato-linearibus ſeſſilibus carinâ aculeatis. *h. m.* 408.
Lactuca ſylveſtris anguſto & laciniato folio. *mag. Bot. app.* 298. *hort.* 109.

Perennis. 4. LACTUCA foliis linearibus dentato-pinnatis, laciniis ſurſum dentatis. *h. m.* 409.
Chondrilla cærulea altera cichorii ſylveſtris folio. *mag. Bot.* 63.
Lactuca perennis humilior flore cæruleo. *mag. hort.* 109.

CHONDRILLA.

Cal. calyculatus. *floſculi* multiplici ſerie. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex ſtipitatus.

Herba. rami rigidi virgati. *inflor.* axillaris aggregata.

1. CHONDRILLA. *h. m.* 409. *mag. Bot.* 62. *Juncea.*
Lactuca perennis juncea viſcoſa arvenſis. *mag. hort.* 110.

PRENANTHES.

Cal. calyculatus. *floſculi* ſimplici ſerie. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex ſubſeſſilis.

Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis.

Obs. Media inter lactucas, chondrillam, & ſonchos.

1. PRENANTHES foliorum ramentis cauli adnatis. *h. m.* 409. *Viminea.*
Chondrilla viſcoſa, caule foliis obducto. *mag. Bot.* 63. *hort.* 109.
2. PRENANTHES floſculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis. *h. m.* 409. *Purpurea.*
Lactuca ſylvatica purpurea. *mag. hort.* 110.
3. PRENANTHES floſculis quinis, foliis lyrato-haſtatis. *h. m.* 410. *Muralis.*
Sonchus alter folio profundè laciniato ſinuato hederaceo. *mag. Bot.* 244. *hort.* 187.

LEONTODON.

Cal. imbricatus ſquamis laxiuſculis. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus.

Herba. ſcapus uniflorus. *fol.* radicalis, incerta.

Taraxacum. 1. LEONTODON calyce infernè reflexo. *h. m.* 410.
La dent de lion.
Dens leonis vulgi, ſive urinaria. *mag. Bot.* 85.
Dens leonis latiore folio. *mag. hort.* 69.

Rotundifolium. β. Dens leonis rotundiore folio. *mag. Bot.* 85. *hort.* 69.

Tenuiſſimum. γ. Dens leonis folio tenuiſſimo? *mag. Bot.* 86? *hort.* 69?

Anguſtiſſimum. δ. Dens leonis anguſtiſſimo folio. *mag. hort.* 69.
* PHARM. *Taraxaci* radix, herba, ſuccus, extractum. Vis vulneraria, febrifuga, diuretica! antihypochondriaca, deobſtruens, antiauriginoſa.. *ſuccus* ad unc. III. IV.. *herba* ad man. in aquæ lib. II.. *radix* ad unc. I, in juſculo, in aquæ communis lib. II.. *extractum* ad drach. I.

Bulboſum. 2. LEONTODON foliis oblongo-ovatis ſubdentatis glabris, calycibus lævibus, pedunculis hirtis. *h. m.* 410.
Chondrilla puſilla maritima bulboſa. *mag. Bot.* 64. *hort.* 69.

Autumnale. 3. LEONTODON calycibus erectis, pedunculis ſquamoſis, foliis glabris dentatis integerrimis. *h. m.* 410.
Hieracium chondrillæ folio, radice ſuccisâ majus folio glabro. *mag. Bot.* 127. *hort.* 97.
HABITAT frequens *à Lattes.* Scapus ramoſus multiflorus. Folia *lactucæ perennis* folio ſimillima.

Tuberoſum. 4. LEONTODON foliis dentatis hirſutis, calyce erecto acuto. *h. m.* 411.
Dens leonis Monſpelienſium aſphodeli bulbulis. *mag. Bot.* 86. *hort.* 69.

Hiſpidum. 5. LEONTODON calyce toto erecto hiſpido, foliis dentatis integerrimis hiſpidis, ſetis furcatis. *h. m.* 411.
Leontodon pedunculo incraſſato ſtriato. *Gerard. gall.* 164.
Dens leonis foliis hirſutis & aſperis. *mag. hort.* 69.
Hieracium caule aphyllo hirſutum. *mag. Bot.* 130.
β. Dens leonis foliis hirſutis & aſperis, ſaxatilis. *mag. hort.* 69.

Hieracium dentis leonis folio, hirſutie aſperum minus laciniatum. *mag. Bot.* 130.

γ. Dens leonis minor folio aſpero. *mag. Bot.* 86.

6. LEONTODON calyce toto erecto læviuſculo, foliis dentatis hirtis, ſetis ſimpliciſſimis. *h. m.* 411. *Hirtum.*

Hieracium hirſutum parvum, caule aphyllo. *mag. Bot.* 131.

Dens leonis foliis minimis hirſutis & aſperis. *mag. hort.* 69.

Hieracium pumilum ſaxatile radice præmorsâ. *Bauh. prod.* 66.

HIERACIUM.

Cal. imbricatus ovatus. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex ſeſſilis.

Caul. incerta. *inflor.* incerta. *fol.* etiam incerta.

* *Scapo unifloro.*

1. HIERACIUM foliis dentatis viſcidis hirſutis ſubaſperis, ſcapo unifloro, calyce hirto. *h. m.* 412. *Hedypnoïdes*

Hieracium montanum laciniatum lanuginoſo folio. *mag. Bot. app.* 298. *hort.* 98.

2. HIERACIUM foliis oblongis integris dentatis, ſcapo unifloro, calyce piloſo. *h. m.* 412. *Alpinum.*

3. HIERACIUM foliis integerrimis ovatis, caule repente, ſcapo unifloro. *h. m.* 412. *La piloſelle.* *Piloſella.*

Piloſella major repens hirſuta. *mag. Bot.* 204. *hort.* 159.

* PHARM. *Auriculæ muris*, ſeu *piloſellæ* herba, ſuccus. Vis vulneraria adſtringens, antiherníoſa, antidiarrhoïca, antiherpetica, antiſcabioſa.. *ſuccus* depuratus ab unc. IV ad VI.

** *Scapo multifloro.*

4. HIERACIUM foliis integris ovato-oblongis, ſtolonibus repentibus, ſcapo multifloro. *h. m.* 412. *Dubium.*

Piloſella folio anguſtiore minùs piloſo, minor repens. *mag. hort.* 159.

Præmorſum. 5. HIERACIUM foliis ovatis ſubdentatis, ſcapo racemoſo, floribus ſuperioribus primoribus. *h. m.* 413.

Piloſella major erecta. *mag. Bot.* 204.

Hieracium piloſum umbellatum luteum. *mag. hort.* 98.

*** *Caule folioſo.*

Murorum. 6. HIERACIUM caule ramoſo folioſo, foliis radicalibus ovatis dentatis, caulino minori. *h. m.* 413.

Hieracium murorum folio piloſiſſimo. *mag. Bot.* 131. *hort.* 98.

Sylvaticum. β. Hieracium murorum anguſtifolium laciniatum minus. *mag. Bot.* 132.

Hieracium murorum laciniatum minus piloſum. *mag. hort.* 98.

γ. Hieracium murorum minus folio non maculoſo. *Tour. inſt.* 471.

δ. Hieracium murorum anguſtifolium non ſinuatum. *Tour. inſt.* 471.

* PHARM. *Pulmonariæ Gallorum* herba, ſuccus. Vis pulmonariæ officinalis.

Umbellatum. 7. HIERACIUM foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. *h. m.* 413.

Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus. *mag. Bot.* 131. *hort.* 99.

β. Hieracium fruticoſum latifolium dentatum glabrum. *mag. Bot.* 298. *hort.* 98.

Paludoſum. 8. HIERACIUM caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hiſpidis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1129.

Hieracium montanum majus latifolium. *Bauh. hiſt.* 2. 1032.

Hieracium montanum latifolium glabrum majus. *Tour.* 471.

β. Hieracium montanum latifolium glabrum ex valle grieſbachiana. *Bauh. hiſt.* 2. 1033.

Hieracium montanum latifolium glabrum minus. *Tour.* 471.

Habitat in ingreſſu antri dicti *Bramcbiou*, & in ſaxoſis humidis ultra antrum.

9. HIERACIUM foliis amplexicaulibus cordatis ſubdentatis, pedunculis unifloris hirſutis, caule ramoſo. *Linn. ſp. pl.* 1129. *Amplexicaule.*

Hieracium pyrenaïcum longifolium amplexicaule. *Tour.* 472.

β. Hieracium pyrenaïcum rotundifolium amplexicaule. *Tour.* 472.

Habitat cum priori; & *à Meyrueis.*

10. HIERACIUM caule ramoſo folioſo, foliis hirtis, radicalibus lanceolato-ovatis dentatis, caulinis amplexicaulibus. *Linn. ſp. pl. edit.* 1130. *Jacquin. vind.* 271. *Villoſum.*

Hieracium alpinum latifolium magno flore. *Bauh. pin.* 128. *Tour.* 472.

Habitat cum prioribus. Folia inferiora pilis longis albis veſtita, lanceolata vix dentata, pedunculi incani, calyces laxi valde piloſi.

CREPIS.

Cal. calyculatus, ſquamis deciduis. *recept.* nudum. *pappus* plumoſus ſtipitatus.

Herba. fol. ſimplex aſpera. *inflor.* terminalis ſeſſilis.

1. CREPIS bracteis calyce longioribus, ſquamis ſetaceis ſparſis. *h. m.* 414. *Barbata.*

Hieracium proliferum falcatum duodecimum. *mag. Bot.* 129. *hort.* 97.

2. CREPIS foliis amplexicaulibus lanceolatis, omnibus dentatis, radicalibus ſinuatis. *h. m.* 414. *Rubra.*

Hieracium apulum flore ſuave-rubente. *mag. hort.* 97.

3. CREPIS foliis ſagittatis dentatis, pedunculis ſupernè turbinato-inflatis, calycibus pyramidatis angulatis. *h. m.* 414. *Pulchra.*

Hieracium pulchrum. *mag. Bot.* 127. *hort.* 97.

Biennis. 4. CREPIS foliis pinnato-haſtatis ſcabris, baſi ſupernè dentatis, calycibus muricatis. *h. m.* 414.
Hieracium chondrillæ folio hirſutum. *mag. Bot.* 127. *hort.* 67.

Fœtida. 5. CREPIS foliis pinnatis angulatis, petiolis dentatis. *h. m.* 414.
Hieracium foliis cichorii ſylveſtris villoſis, odore caſtorei. *mag. Bot.* 129. *icon.* 128. *hort.* 97.

ANDRYALA.

Cal. multipartitus rotundatus ſubvilloſus ſubæqualis. *recept.* villoſum. *pappus* ſimplex ſeſſilis.

Herba. fol. mollis. *inflor.* ſubfaſtigiata, terminalis.

Integrifolia. 1. ANDRYALA foliis integerrimis. *h. m.* 415.
Sonchus villoſus luteus major. *mag. Bot.* 245.
Hieracium villoſum, ſonchus lanatus Dalechampii dictus. *mag. hort.* 97.

Sinuata. 2. ANDRYALA foliis dentato-haſtatis. *h. m.* 415.
HABITAT frequens ad margines ſepium *à Gramont.*

HYOSERIS.

Cal. ſubæqualis. *recept.* nudum. *pappus* piloſus vel obſoletus.

Herba. fol. incerta. *inflor.* rigida terminalis ſolitaria.

* *Scapo unifloro, ſimplici aut ramoſo.*

Fœtida. 1. HYOSERIS ſcapis ſimpliciſſimis unifloris, foliis pinnatifidis, ſeminibus nudis. *h. m.* 415.
Dens leonis tenuiſſimo folio. *mag. Bot.* 86. *hort.* 69.

Radiata. 2. HYOSERIS ſcapis unifloris, foliis glabris, lyrato-haſtatis angulatis. *h. m.* 415.
Dens leonis minor foliis radiatis. *mag. Bot.* 295. *hort.* 69.

3. HYOSERIS

3. HYOSERIS ſcapo diviſo nudo bifloro, pedunculis divaricatis. *h. m.* 416. *Minima.*

** *Caule folioſo.*

4. HYOSERIS fructibus ſubgloboſis glabris, caule ramoſo. *h. m.* 416. *Hedypnois.*
Hieracium capitulum inclinans ſemine adunco. *mag. Bot.* 129.
Cichoriis affinis, ſeu hieracium capitulum inclinans, ſemine adunco. *mag. hort.* 56.

HYPOCHÆRIS.

Cal. ſubimbricatus. *recept.* paleaceum, *pappus* plumoſus.
Herba. fol. radicalis ſimplex. *inflor.* pedunculis flexilibus.

1. HYPOCHÆRIS caule ſubnudo, ramo ſolitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. *h. m.* 416. *Maculata.*
Hieracium primum latifolium. *mag. Bot.* 131.
Hieracium alpinum latifolium hirſutie incanum. *mag. hort.* 98.

2. HYPOCHÆRIS calycibus oblongis imbricatis, caule ramoſo nudo, foliis dentato-ſinuatis. *h. m.* 417. *Glabra.*

3. HYPOCHÆRIS foliis dentato-ſinuatis ſcabris, caule ramoſo nudo, pedunculis ſquamoſis. *h. m.* 417. *Radicata.*
Hieracium dentis leonis folio obtuſo majus. *mag. Bot.* 130. *hort.* 98.
β. Hieracium minus dentis leonis folio ſubaſpero. *mag. Bot.* 130. *hort.*
γ. Dens leonis minor folio aſpero. *mag. Bot.* 86.
δ. Hieracium dentis leonis folio bulboſum. *mag. Bot.* 130. *hort.* 98. *Tour.* 472.

LAPSANA.

Cal. calyculatus. *recept.* paleaceum. *pappus* ariſtatus, calyculo quinqueſeto.
Herba. fol. ſimplex. *inflor.* incerta.

Communis. 1. LAPSANA calycibus fructûs angulatis, pedunculis ramoſiſſimis tenuibus. *h. m.* 417.
Soncho affinis lapſana domeſtica. *mag. Bot.* 245.
Cichoriis affinis lapſana domeſtica. *mag. hort.* 56.
* PHARM. *Lapſanæ vulgaris* herba. Vis intus refrigerans, emolliens, extus vulneraria, mundificans, antiherpetica.

Zacintha. 2. LAPSANA calycibus fructûs toruloſis depreſſis obtuſis ſeſſilibus. *h. m.* 417.
Cichoriis affinis, zacintha, ſeu cichorium verrucoſum. *mag. hort.* 56.

Stellata. 3. LAPSANA calycibus fructûs undique patentibus, radiis ſubulatis, foliis lanceolatis indiviſis. *h. m.* 417.
Hieracium ſiliquâ falcatâ. *mag. Bot.* 129.
Cichoriis affinis, hieracium ſiliquâ falcatâ. *mag. hort.* 56.

Capillaris. 4. LAPSANA ſeminibus pappoſis, foliis radicalibus lanceolatis obtuſis ſubdentatis, caulinis haſtatis, caule filiformi. *h. m.* 418.

CATANANCHE.

Cal. imbricatus ſcarioſus. *recept.* paleaceum. *pappus* ariſtatus calyculo quinqueſeto.
Herba. fol. mollis. *inflor.* ſcapo ſubnudo unifloro longiſſimo.

Cærulea. 1. CATANANCHE ſquamis calycinis inferioribus ovatis. *La cupidone. h. m.* 418.
Chondrilla cærulea cyani capitulo. *mag. Bot.* 64.

Catananche flore cyani, folio coronopi. *mag. hort.* 48.

β. Chondrilla ſeſamoïdes dicta flore completo. *mag. Bot.* 64.

Catananche flore cyani, pleno. *mag. hort.* 48.

CICHORIUM.

Cal. calyculatus. *recept.* paleaceum. *pappus* margo quinque-dentatus.

Herba. fol. ſimplex. *inflor.* ſeſſilis ſparſa aggeſta.

1. CICHORIUM caule ſimplici ramoſo, floribus confertis : omnibus ſeſſilibus. *h. m.* 419. *Linn. ſiſt. nat.* 1197. *La chicorée.* *Intybus.*

Cichorium ſylveſtre, ſeu officinarum. *mag. Bot.* 65. *hort.* 55.

β. Cichorium ſylveſtre officinarum flore albo. *mag. hort.* 55.

* PHARM. *Cichorii* herba, ſuccus, ſyrupus, aqua. Vis deobſtruens, antiauriginoſa, anticachectica, ſtomachica, antimelancholica, antihectica, antihypochondriaca. *Herba* ad man. I, in decocti lib. II, aut juſculo.. *ſuccus* depuratus ad unc. III - IV.. *ſyrupus* ſimplex & compoſitus cum rheo ab unc. ſſ. ad unc. II.

2. CICHORIUM caule ſimplici, floribus ſeſſilibus confertis ſolitariiſque ſtrictè pedunculatis. *Linn. ſiſt. nat. L'endive.* *Endivia.*

Cichorium latifolium, ſeu endivia vulgaris. *mag. hort.* 55.

β. Cichorium anguſtifolium, ſive endivia anguſtifolia. *mag. hort.* 55.

γ. Cichorium criſpum. *mag. hort.* 55.

* PHARM. *Endiviæ* herba. Vis prioris.

SCOLYMUS.

Cal. imbricatus ſpinoſus. *recept.* paleaceum. *pappus* nullus.

Herba. fol. ſpinoſa. *inflor.* axillaris ſolitaria ſeſſilis.

Maculatus. 1. SCOLYMUS foliis margine attenuatis. *h. m.* 419.
Scolymus chryſanthemos annuus. *mag. Bot.* 233. *hort.* 181.
Habitat *au pont de Villeneuve.*

Hiſpanicus. 2. SCOLYMUS foliis margine incraſſatis. *h. m.* 419.
L'épine jaune.
Scolymus Theophraſti. *mag. Bot.* 233. *hort.* 180.

Claſſis XV^a.

COMPOSITI EX REGULARIBUS ET IRREGULARIBUS.

SYNGENESIA

POLYGAMIA SUPERFLUA.

ERIGERON.
TUSSILAGO.
SENECIO.
ASTER.
SOLIDAGO.
INULA.
ARNICA.
DORONICUM.
BELLIS.
TAGETES.
CHRYSANTHEMUM.
MATRICARIA.
ANTHEMIS.
ACHILLÆA.
BUPHTALMUM.

SYNGENESIA

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

HELIANTHUS.
CENTAUREA.

SYNGENESIA

POLYGAMIA NECESSARIA.

CALENDULA.
OTHONNA.

COMPOSITI EX REGULARIBUS ET IRREGULARIBUS.

SYNGENESIA

POLYGAMIA SUPERFLUA.

ERIGERON.

Cor. radii lineares anguſtiſſimæ. *recept.* nudum. *pappus* piloſus.

Herba. rad. incerta. *fol.* ſimpliciſſima. *inflor.* incerta terminalis.

1. ERIGERON pedunculis unifloris lateralibus, calycibus ſquarroſis. *h. m.* 437. *Viſcoſum.*
   Conyza mas Monſpelienſium odorata. *mag. Bot.* 75.
   Virga aurea foliis glutinoſis & graveolentibus. *mag. hort.* 206.
   * PHARM. *Virgæ aureæ glutinoſæ* herba. Vis extus antiulceroſa! antiædematoſa.
2. ERIGERON ramis lateralibus multifloris, calycibus ſquarroſis. *h. m.* 437. *Graveolens.*
   Conyza minor vera. *mag. Bot.* 75.
   Virga aurea annua foliis glutinoſis & graveolentibus. *mag. hort.* 206.
3. ERIGERON caule floribuſque paniculatis, foliis linearibus ciliatis confertis. *h. m.* 437. *Canadenſe.*
   Virga annua virginiana Zanoni. *mag. hort.* 206.
4. ERIGERON pedunculis alternis unifloris. *h. m.* 438. *Aſte-*

Conyza cærulea acris. *mag. Bot.* 78.
Aſter arvenſis cæruleus acris. *mag. hort.* 26.

Siculum. 5. ERIGERON ſquamis calycinis inferioribus laxis, florem ſuperantibus. *h. m.* 438.
Conyza caulibus rubentibus tenuioribus, flore luteo nudo. *mag. Bot.* 77. *icon.* 78. *hort.* 62.

Tuberoſum. 6. ERIGERON foliis lanceolatis, ramis unifloris, caule ſuffruticoſo. *h. m.* 438.
Conyza tuberoſa lutea, foliis anguſtis & rigidis. *mag. Bot.* 77.

Alpinum. 7. ERIGERON caule ſubbifloro, calyce hirſuto. *Linn. ſp. pl. edit.* 2_a. 1211.
Aſter atticus cæruleus major. *Tour.* 481.
HABITAT in ſaxoſis ultra *Meyrueis* ad dexteram, juxta amnem.

TUSSILAGO.

Cal. ſquamæ æquales, diſcum æquantes ſubmembranaceæ. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. rad. ſtolonifera. *inflor.* ſcapo unifloro. *fol.* ſimpliciſſima.

Alpina. 1. TUSSILAGO ſcapo ſubnudo unifloro, foliis cordato-orbiculatis crenatis. *h. m.* 438.

Farfara. 2. TUSSILAGO ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordato-angulatis denticulatis. *h. m.* 439. *Le tuſſilage.*
Tuſſilago vulgaris. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.
* PHARM. *Tuſſilaginis* ſeu *farfaræ* radix, herba, flores, aqua, ſyrupus, conſerva. Vis thorachica, antiaſthmatica, antituſſiculoſa, antiphtyſica. *Folia*, *flores* ad man. ſſ. incocta in aquæ pinta.. *ſyrupus* ab unc. ſſ. ad unc. I.. *aqua* ab unc. VI.. *conſerva* ad unc. ſſ.

SENECIO.

Cal. cylindricus, calyculatus, ſquamis

apice ſphacelatis. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. fol. incerta, ſeſſilis. *inflor.* terminalis pedunculata.

* *Radio revoluto.*

2. SENECIO corollis revolutis, foliis pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. *h. m.* 439. *Viſcoſus.*
   Jacobæa prima pannonica. *mag. Bot.* 139. *hort.* 104.

3. SENECIO corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule erecto corymboſo. *h. m.* 439. *Sylvaticus.*
   Jacobæa ſenecionis folio. *mag. Bot.* 139. *hort.* 104.

** *Floribus radiatis, radio patente, foliis pinnatifidis.*

4. SENECIO corollis radiantibus, foliis utrinque tomentoſis ſemipinnatis, laciniis ſubdentatis, corymbo ſubrotundo. *h. m.* 440. *Incanus.*
   Jacobæa alpina minor. *Barr. ic.* 262. n. 1.
   Jacobæa alpina pumila. *Bocc. muſ.* 2. *tab.* 8.

5. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnato-multifidis linearibus. *h. m.* 440. *Abrotanifolius.*
   Jacobæa foliis ferulaceis. *mag. hort.* 104.
   Ageratum annuum foliis fæniculaceis. *mag. hort.* 7.
   OCCURRIT quandoque *à Caunelles* ad dexteram, in elato colle.

6. SENECIO corollis radiantibus, foliis pinnato-lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto. *h. m.* 440. *La jacobée.* *Jacobæa.*
   Jacobæa vulgaris laciniata. *mag. Bot.* 138. *hort.* 104.

β. Jacobæa foliis quercûs tenuifoliæ inſtar diviſis. *mag. hort.* 104.

γ. Jacobæa vulgaris foliis inſtar erucæ laciniatis. *Tour.* 485.

δ. Jacobæa vulgaris foliis ad raphanum accedentibus. *Tour.* 485.

ε. Jacobæa vulgaris latifolia paluſtris ſive aquatica. *Tour.* 485.

* PHARM. *Jacobææ* herba. Vis extus vulneraria, antiulceroſa.

*** *Corollis: radio patente, foliis indiviſis.*

Doria. 7. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis. Virga aurea major vel doria. *mag. Bot.* 279.

Jacobæa pratenſis altiſſima limonii folio. *mag. hort.* 104.

Nemorenſis. 8. SENECIO corollis radiantibus octonis, foliis lanceolatis biſerratis ſubtus villoſis, caule ramoſo. *h. m.* 441.

Sarracenicus. 9. SENECIO corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. *h. m.* 441.

Virga aurea anguſtifolia ſerrata. *mag. hort.* 205.

Doronicum. 10. SENECIO corollis radiantibus, caule indiviſo unifloro, foliis integris, radicalibus ovatis ſubtus villoſis. *h. m.* 441.

(Incanum) foliis lanceolatis ſubdentatis utrinque tomentoſis.

Doronicum helveticum incanum. *Bauh. pin.* 185. *prodr.* 97.

(Doronicum) foliis glabris, radicalibus ſubtus tomentoſis. *Gerard. gallop. ic. pag.* 196.

Doronicum integro & craſſo hieracii folio. *mag. Bot.* 295. *hort.* 70.

ASTER.

Cal. imbricatus: ſquamis inferioribus patulis. *cor.* radii plures 10. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. fol. alterna ſimplex. *inflor.* terminalis, incerta.

* *Integrifolii, pedunculis nudis.*

1. ASTER foliis lanceolatis hirtis, radicalibus obtuſis, caule ſimpliciſſimo unifloro. *h. m.* 442. *Alpinus.*

2. ASTER foliis lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inæquatis, floribus corymboſis. *h. m.* 442. *Tripolium.*

After maritimus cæruleus paluſtris ſalicis folio. *mag. hort.*

Tripolium majus. *mag. Bot.* 271.

β. Tripolium minus. *mag. Bot.* 271.

3. ASTER foliis lanceolatis obtuſis ſcabris trinerviis integris, pedunculis nudiuſculis corymboſis, ſquamis calycinis obtuſis. *h. m.* 442. *Amellus.*

Aſter atticus cæruleus vulgaris. *mag. hort.* 24.

** *Integrifolii, pedunculis ſquamoſis.*

4. ASTER foliis lanceolato-linearibus ſubcarnoſis integerrimis planis, floribus corymboſis faſtigiatis, pedunculis folioloſis. *h. m.* 442. *Sedifolius.*

Aſter atticus monſpelienſis purpureus, anguſtioribus foliis. *mag. Bot.* 32.

Aſter tripolii flore. *mag. hort.* 24.

Aſter acris. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. *pag.* 1228.

SOLIDAGO.

Cal. imbricatus: ſquamis clauſis. *cor.* radii circiter, 5.. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. fol. ſimplex alterna. *inflor.* ſubracemoſa.

1. SOLIDAGO caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *h. m.* 444. *La verge d'or.* *Virga aurea.*

Virga aurea latifolia vulgaris. *mag. Bot.* 279. *hort.* 205.

β. Virga aurea latifolia ſerrata. *mag. hort.* 205.

* PHARM. *Virgæ aureæ majoris* herba, flores, aqua. Vis vulneraria diuretica, anticalculoſa, deobſtruens, antihydropica, antiulceroſa. *Flores* & *folia* ad pug. I. in aquæ cyathis II.. *aqua* ab unc. IV. ad unc. VI.

Montana. 2. SOLIDAGO foliis lanceolatis ſerratis decurrentibus, caule angulato. *h. m.* 444.

Alpina. 3. SOLIDAGO foliis cordatis petiolatis dentatis. *h. m.* 444.

Jacobæa tertia latifolia, prima Cluſii. *mag. Bot.* 139. *hort.* 104.

INULA.

Recept. nudum. *pappus* ſimplex. *antheræ* baſi in ſetas duas deſinentes.

Herba. fol. ſimplex, incerta. *inflor.* terminalis ſolitaria.

Oculus Chriſti. 1. INULA foliis oblongis integris hirſutis, caule corymboſo piloſo, floribus confertis. *h. m.* 444.

Aſter pannonicus lanuginoſus luteus. *mag. hort.* 26.

Dyſenterica. 2. INULA foliis oblongis, caule hirſuto paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *h. m.* 445.

Conyza media aſteris flore luteo. *mag. Bot.* 77.

Aſter pratenſis autumnalis, conyzæ folio. *mag. hort.* 26.

Pulicaria. 3. INULA foliis undulatis amplexicaulibus, caule proſtrato. *h. m.* 445. erectoque.

Aſter paluſtris parvo flore globoſo. *mag. hort.* 26.

Conyza minima. *mag. Bot.* 77.

Salicina. 4. INULA foliis lanceolatis recurvis ſerrato-ciliatis, floribus ſolitariis, ramis angulatis. *h. m.* 445.

Aſter montanus luteus ſalicis glabro folio. *mag. Bot.* 32. *hort.* 25.

Chritmoïdes. 5. INULA foliis linearibus carnoſis tricuſpidatis, integriſque. *h. m.* 445.

Chritmum maritimum flore aſteris attici. *mag. Bot.* 80.

Aſter maritimus folio tereti craſſo tridentato. *mag. hort.* 26.

6. INULA foliis lanceolatis villoſis integerrimis, caule unifloro. *h. m.* 445. *Montana.*

Aſter atticus luteus montanus villoſus, flore magno. *mag. Bot.* 32. *hort.* 25.

Habitat frequens in pinetis *à Montferrier*, teſte *D. Clapiers.*

ARNICA.

Corollulæ radii filamentis 5 abſque antheris. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. rad. ſubtuberoſa, ſtolonifera. *inflor.* ſolitaria terminalis.

1. ARNICA foliis ovatis integris, caulinis geminis oppoſitis. *h. m.* 446. *La betoine de montagne.* *Montana.*

Doronicum plantaginis folio alterum. *mag. hort.* 70.

* Pharm. *Arnicæ* herba, flores. Vis reſolvens, narcotica, errhina, vomitoria, antiechymomatoſa, antiepileptica.

2. ARNICA foliis alternis ſerratis. *h. m.* 446. *Scorpioïdes.*

β. Doronicum radice dulci. *mag. hort.* 70.

DORONICUM.

Calycis ſquamæ duplicis ordinis æqualis, diſco longiores. *ſem.* radii pappo deſtituta. *recept.* nudum. *pappus* ſimplex.

Herba. rad. ſubtuberoſa ſtolonifera. *inflor.* terminalis, incerta.

1. DORONICUM foliis cordatis obtuſis, radicalibus petiolatis, caulinis amplexicaulibus. *h. m.* 446. *Le doronic.* *Pardalianches.*

Doronicum maximum foliis caulem amplexantibus. *mag. hort.* 70.

β. Doronicum radice ſcorpii. *mag. hort.* 70.

* PHARM. *Doronici* radix. Vis *arnicæ*, antivertigi-noſa, anticolicalis, cautè uſurpanda.

Plantagi-neum. 2. DORONICUM foliis ovatis acutis ſubdentatis, ramis alternis. *h. m.* 446.

Doronicum folio ferè plantaginis oblongo. *Bauh. hiſt.* 3. *pag.* 18.

Bellidia-ſtrum. 3. DORONICUM caule nudo ſimpliciſſimo uni-floro. *h. m.* 447.

Bellis ſylveſtris media caule carens. *mag. Bot.* 37. *hort.* 31.

BELLIS.

Cal. hemiſphæricus: ſquamis æqualibus. *ſem.* ſubovata. *recept.* nudum conicum. *pappus* nullus.

Herba. rad. fibroſa. *inflor.* terminalis longè pedunculata. *fol.* ſimplex.

Perennis. 1. BELLIS ſcapo nudo ſimpliciſſimo unifloro, foliis ſpathulatis. *h. m.* 447. *La paquerette.*

Bellis ſylveſtris minor. *mag. Bot.* 37. *hort.* 31.

* PHARM. *Bellidis minoris* flores, herba, ſuccus. Vis vulneraria, eccoprotica, reſolvens.. *ſuccus* ad unc. IV.. *flores* & *folia* ad man. I. in aquæ lib. II, aut in juſculo.

Annua. 2. BELLIS caule ſubſimplici ſubquadrifloro, foliis obovatis denticulatis. *h. m.* 447.

Bellis minima annua. *Tour.* 491.

TAGETES.

Cal. 1-phyllus, 5-dentatus tubuloſus. *floſculi* radii 5 perſiſtentes. *recept.* nudum. *pappus* ariſtis 5 erectis.

Herba. fol. impari-pinnata: foliolis, laciniiſque ſetulâ terminatis.

Patula. 1. TAGETES caule ſubdiviſo diffuſo. *h. m.* 447. *L'œillet d'Inde.*

Tagetes indicus minor flore ſimplici. *mag. hort.* 191.

β. Tagetes indicus minor flore multiplicato. *mag. hort.* 191.

2. TAGETES caule erecto ſubſimplici. *h. m.* 448. *L'œillet d'Inde à grandes fleurs.* *Erecta.*

Tagetes indicus rectus maximus flore ſimplici. *mag. hort.* 191.

β. Tagetes indicus rectus flore maximo multiplicato. *mag. hort.* 191.

CHRYSANTHEMUM.

Cal. hemiſphæricus imbricatus: ſquamis marginalibus membranaceis. *recept.* nudum. *pappus* nullus.

Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis incerta.

* Leucanthema, *radio florum albo.*

1. CHRYSANTHEMUM foliis amplexicaulibus oblongis, ſupernè ſerratis, infernè dentatis. *h. m.* 448. *La grande paquerette.* *Leucanthemum.*

Bellis ſylveſtris caule folioſo major. *mag. Bot.* 36. *hort.* 31.

β. Bellis montana folio obtuſo crenato. *mag. Bot.* 36. *hort.* 31.

γ. Bellis montana minor. *mag. hort.* 31? *Bot.* 36?

δ. Bellis ſylveſtris caule folioſo hirſuto, major. *mag. hort.* 31.

* Pharm. *Bellidis majoris* herba. Vis diuretica, vulneraria, ſputo purulento adverſa, antiaſthmatica, extus antitinealis. Datur in decocto aquoſo, cereviſiali, lacteo, & in infuſo ex aqua calcis.

2. CHRYSANTHEMUM foliis imis ſpathulato-lanceolatis ſerratis, ſummis linearibus ligulatis. *h. m.* 448. *Montanum.*

Bellis montana minor. *mag. hort.* 31. *mag. Bot.* 36.

Graminifolium. 3. CHRYSANTHEMUM foliis linearibus ſubintegerrimis. *h. m.* 448.

Bellis montana gramineo folio. *mag. Bot.* 291. *hort.* 31. *tab.* 30.

Monſpelienſe. 4. CHRYSANTHEMUM foliis imis ſpalmatis, foliolis linearibus pinnatifidis. *h. m.* 448.

Bellis montana major foliis chryſanthemi cretici anguſtioribus. *mag. Bot. app.* 306. *hort.* 31. *tab.* 30.

Corymboſum. 5. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatis inciſò-ſerratis, caule multifloro. *h. m.* 449.

Tanacetum montanum inodorum, minori flore. *mag. Bot.* 248.

Matricaria tanaceti folio, flore minore, ſemine umbilicato. *mag. hort.* 131.

Alpinum. 6. CHRYSANTHEMUM foliis pinnatifidis: laciniis parallelis integris, caulibus unifloris. *Linn. ſiſt. nat.* 1221.

Leucanthemum alpinum foliis coronopi. *Tour.* 493.

Leucanthemum alpinum anguſtifolium. *Barr. ic.* 458. n. 2.

HABITAT *à l'Eſperou*, *Lamalou.* Altitudo palmaris.

MATRICARIA.

Cal. hemiſphæricus imbricatus: marginalibus ſolidis, acutiuſculis. *recept.* nudum. *pappus* nullus.

Herba. rad. ramoſa. *fol.* & *inflor.* incerta.

Parthenium. 1. MATRICARIA foliis compoſitis planis, foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. *h. m.* 449. *La matricaire.*

Matricaria vulgaris, ſeu ſativa. *mag. hort.* 131.

* PHARM. *Matricariæ* herba, aqua, oleum ſtillatitium, flores. Vis emmenagoga, lactifuga, antihyſterica, orexica, torminibus infantum adverſa, extus antihæmicranica. Datur in pulvere à ſcrup. ſſ. ad ſcrup. II. *ſuccus* ab unc. I. ad unc. II.

decoctum

decoctum aut *infuſum* ad unc. IV.. *aqua* ad eandem doſim.

2. MATRICARIA receptaculis conicis, radiis patentibus, ſeminibus nudis, ſquamis calycinis margine æqualibus. *h. m.* 450. *La camomille.* *Chamomilla.*

Chamæmelum vulgare, ſeu leucanthemum Dioſcoridis. *mag. Bot.?* 60. *hort.* 53?

* PHARM. *Camomillæ noſtratis* herba, flores, aqua, oleum. Vis febrifuga anticolicalis, anticardialgica, anticalculoſa, vomitui gravidarum adverſa.

3. MATRICARIA receptaculis hemiſphæricis, radiis patentibus, ſeminibus coronato-marginatis, ſquamis calycinis margine obſoletis. *h. m.* 450. *Inodora.*

Chamæmelum vulgare, ſeu leucanthemum Dioſcoridis. *mag. Bot.* 60. *hort.* 53.

ANTHEMIS.

Cal. hemiſphæricus ſubæqualis. *floſculi* radii plures quàm 5. *recept.* paleaceum. *pappus* nullus.

Herba. rad. ramoſa. *fol.* alterna multifida, vel pinnata.

* *Radio dicolore, ſeu albo.*

1. ANTHEMIS erecta, foliorum apicibus ſubſpinoſis. *h. m.* 450. *Altiſſima.*

Chamæmelum leucanthemum hiſpanicum magno flore. *Bauh. pin.* 135. *mag. hort.* 53.

Chamæmelo affine buphtalmum italicum ſegetum altiſſimum. *mag. Bot.* 60.

2. ANTHEMIS foliis pinnatifidis denticulatis carnoſis, caule ramoſo. *h. m.* 451. *Maritima.*

Chamæmelum maritimum, cotula quibuſdam. *mag. Bot.* 61.

Chamæmelum maritimum. *mag. hort.* 53.

3. ANTHEMIS receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. *h. m.* 451. *Cotula.*

Chamæmelum fœtidum. *mag. Bot.* 61.

Chamæmelum fœtidum, ſive cotula fœtida. *mag. hort.* 53.

* PHARM. *Cotulæ fœtidæ* herba, flores. Vis antihyſterica, antiepileptica, antihydropica, cautè uſurpanda.

Arvenſis. 4. ANTHEMIS receptaculis paleaceis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. *h. m.* 451.

Chamæmelum inodorum. *mag. Bot.* 60.

Chamæmelum inodorum, ſive cotula non fœtida. *mag. hort.* 53.

Pyrethrum. 5. ANTHEMIS caulibus ſimplicibus unifloris decumbentibus, foliis pinnato-multifidis. *h.m.* 451.

* PHARM. *Pyrethri veri* radix. Vis ſialagoga, errhina, antiodontalgica, linguæ paralyſi adverſa.

Alpina. 6. ANTHEMIS cauliculis unifloris longiſſimis ſubnudis. *Linn. amœn. Acad. tom.* 4. *p.* 330. *ſp. pl. ed.* 2ª. 1261. *cent.* 195. *ſiſt. nat.* 1223.

Chamæmelum alpinum ſaxatile perenne, flore albo ſingulari, calyce nigricante. *Seguier ver.* 3. *p.* 282.

Anthemis fruticoſa, foliolis linearibus carnoſis, pedunculis longioribus nudis erectis unifloris. *Gerard. fl. gallop.* 209. *tab.* 208.

HABITAT copiosè in ſaxoſis *à l'hort de Dieu.*

Alpina. 7. ANTHEMIS foliis dentato-pinnatis linearibus integerrimis, caule villoſo unifloro, paleis ſphacelatis, petalis ovatis. *Linn. cent.* II. 195. *amœn. Acad. tom.* IV. *pag.* 330. *ſiſt. nat.*

Chamæmelum alpinum perenne ſaxatile, flore albo ſingulari, calyce nigricante. *Seg. ver. tom.* 3. *p.* 282.

HABITAT *à l'Eſperou* (*D. Clapiers.*) *Cauliculi* plures ſeſquipalmares ſimpliciſſimi tomentoſo-incani, quandoque glabri. *Folia* caulina remota lineari-pinnatifida, ad baſim lacinulis minimis ſtipuliformibus; radicalia verò baſi integerrima è medio ad apicem pinnatifida tantùm, ſubtus incana, rarò utrinque. *Pedunculus* uniflorus ſu-

pernè nudus. *Squamæ calycinæ* margine membranaceo nigro. *Paleæ* receptaculi ſetaceæ apice nigræ... Huic multùm ſimilis anthemis *Gerardi gallop.* caule fruticoſo foliis linearibus carnoſis. *Gallop. tab. pag.* 208. Sed iſtius ſquamæ nec ad marginem ſphacelatæ, nec foliola longiora.. an eadem ?

** *Radio luteo.*

8. ANTHEMIS caule ramoſo, foliis pubeſcentibus pinnato-multifidis ſetaceis, calycibus villoſis pedunculatis. *h. m.* 451. *Valentina.*
Buphtalmum cotulæ folio. *mag. Bot.* 41.

9. ANTHEMIS foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. *h. m.* 451. *Tinctoria.*
Buphtalmum Dioſcoridis. *mag. Bot.* 40.
Chryſanthemum tanaceti minoris folio. *mag. hort.* 55.

ACHILLÆA.

Cal. ovatus imbricatus. *floſculi* radii circiter 5. *recept.* paleaceum. *pappus* nullus.

Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis corymboſa, ſtricta.

* *Corollis flavis.*

1. ACHILLÆA foliis ſetaceis dentatis : denticulis ſubintegris ſubulatis reflexis. *h. m.* 452. *Ageratum.*
Ageratum foliis ſerratis. *mag. Bot.* 5. *hort.* 6.

β. Ptarmica lutea ſuavè olens, corymbis longioribus. *Tour.* 497.

γ. Ageratum foliis ſerratis monſpelienſe, flore pallido luteo. *mag. hort.* 6.

* PHARM. Agerati herba. Vis vulneraria, anthelmintica.

** *Corollis radio albis.*

Ptarmica. 2. ACHILLÆA foliis lanceolatis acuminatis argutè ſerratis. *h. m.* 453. *L'herbe à éternuer.*
Ptarmica vulgaris folio longo ſerrato, flore albo. *mag. hort.* 165.
* PHARM. *Ptarmicæ* herba, flores. Vis ſialagoga, errhina, ſternutatoria, vulneraria, antiodontalgica.

Millefolium. 3. ACHILLÆA foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis. *h. m.* 453. *Le millefeuille, herbe au charpentier.*
Millefolium vulgare album. *mag. Bot.* 177. *hort.* 136.
β. Millefolium purpureum majus. *mag. hort.* 136.
* PHARM. *Millefolii* herba, aqua. Vis vulneraria, adſtringens, iſchæma, tonica, antihæmorrhoïdalis, antileucorrhoïca, antidiarrhoïca. *Folia* ad *man.* I.. *ſuccus* ad unc. III. IV.

Nobilis. 4. ACHILLÆA foliis bipinnatis, pinnis diſtantibus utrinque ſubſerratis obtuſiuſculis, foliolis ovatis confertis. *Linn. ſiſt.* 1225. *h. m.* 453.
Millefolium nobile tragi. *mag. hort.* 136.
β. Millefolium odoratum minus Monſpelienſium. *mag. Bot.* 177. *hort.* 136.

BUPHTHALMUM.

Stigma floſculorum hermaphroditicorum indiviſum. *ſeminum* latera (præſertim radii) marginata. *recept.* paleaceum. *pappus* margo obſoletus.

Herba, rigida. *fol.* ſimplex. *inflor.* ſolitaria pedunculata.

* Aſteriſci. *Tour.*

Spinoſum. 1. BUPHTHALMUM calycibus acutè folioſis ſpinoſis, ramis alternis, foliis lanceolatis amplexicaulibus integerrimis. *h. m.* 455.

Aſter luteus foliis ad flores rigidis. *mag. Bot.* 31.
Aſteriſcus foliis ad florem rigidis. *mag. hort.* 26.

2. BUPHTHALMUM calycibus obtuſè folioſis ſeſſilibus axillaribus, foliis oblongis obtuſis. *h. m.* 455. *Aquaticum.*

Aſter annuus attico luteo ſimilis, foliis ad flores mollibus. *mag. Bot.* 32. *hort.* 26.

* Aſteroïdea. *Tour.*

3. BUPHTHALMUM foliis lanceolatis ſubſerratis villoſis, calycibus nudis. *h. m.* 455. *Salicifolium.*

SYNGENESIA

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

HELIANTHUS.

Cal. imbricatus ſubſquarroſus. *recept.* paleaceum planum. *pappus* 2-phyllus.

Herba. fol. ſimplex oppoſita petiolata ſcabra : *ramea* alterna.

1. HELIANTHUS foliis inferioribus cordatis, nervis ponè baſim unitis denudatis : ſuperioribus ovatis. *h. m.* 456. *Multiflorus.*
2. HELIANTHUS foliis ovato-cordatis, nervis intra folium unitis. *h. m.* 456. *Le taupinambour.* *Tuberoſus.*
3. HELIANTHUS foliis ovatis trinerviis crenatis, ſquamis calycinis erectis longitudine diſci. *h. m.* 456. *Annuus.*

CENTAUREA.

Cor. radii infundibuliformes, longiores, irregulares. *recept.* ſetoſum. *pappus* ſimplex.

Herba. fol. alterna incerta. *inflor.* terminalis pedunculata.

* Jaceæ, *calycibus lævibus inermibus.*

Crupina. 1. CENTAUREA calycibus inermibus, ſquamis lineari-ſubulatis, foliis pinnatis ſerratis. *h. m.* 457.
Cyanus pulchro ſemine centaurii majoris. *mag. Bot.* 82.
Jacea annua foliis laciniatis ſerratis, purpuraſcente flore. *mag. hort.* 103.

Moſchata. 2. CENTAUREA calycibus inermibus ſubrotundis glabris, ſquamis ovatis, foliis ſinuatis. *h. m.* 457.
Cyanus odoratus turcicus. *mag. hort.* 66.

** Cyani, *calycinis ſquamis ſerrato-ciliatis.*

Pectinata. 3. CENTAUREA calycibus erecto-plumoſis, foliis lyratis denticulatis, rameis lanceolatis integerrimis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1287.
Jacea montana incana mollis, capitulis hiſpidis. *Tour.* 443.
Jacea cum ſquamis pennatis, ſive capite villoſo. *mag. Bot.* 136. *hort.* 103.
HABITAT copiosè *à St. Loup, au Capouladou, l'Eſperou. Folia* tomentoſa incana.

Phrygia. 4. CENTAUREA calycibus recurvato-plumoſis, foliis indiviſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1287.
Jacea capite hirſuto. *Bauh. pin.* 271.
β. Jacea alba capite hirſuto. *Tour.* 443.
γ. Jacea anguſtifolia capite hirſuto. *Tour.* 443.

Nigra. 5. CENTAUREA calycibus ciliatis, ſquamulâ ovatâ, ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato-angulatis, floribus floſculoſis. *h. m.* 457.
β. Jacea cum ſquamis cilii inſtar piloſis. *mag. Bot.* 136. *hort.* 103.

Pullata. 6. CENTAUREA calycibus ciliatis verticillato-folioſis, foliis lyrato-dentatis, caule foliis breviore. *h. m.* 457.
Jacea humilis alba hieracii folio. *mag. Bot.* 136. *hort.* 103.

7. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis lanceolatis decurrentibus, caule ſimplici. *h. m.* 457. *Montana.*
Cyanus montanus latifolius. *mag. Bot.* 294.
Cyanus montanus latifolius, ſeu verbaſculum cyanoïdes. *mag. hort.* 66.

8. CENTAUREA calycibus ſerratis, foliis linearibus, inferioribus pinnato-dentatis, ſummis indiviſis. *h. m.* 457. *Le bluet.* *Cyanus.*
Cyanus ſegetum. *mag. Bot.* 82.
β. Cyanus hortenſis flore purpureo pleno. *mag. hort.* 66.
* PHARM. *Cyani* flores, aqua. Vis ophtalmica.

9. CENTAUREA calycibus ciliatis, foliis pinnatifidis linearibus, caule paniculato. *h. m.* 459. *Paniculata.*
Jacea vel ſtæbe gallica & auſtriaca elatior. *mag. Bot.* 146. *hort.* 103.

10. CENTAUREA calycibus margine ciliatis, foliis pinnatifidis, pinnis lanceolatis. *h. m.* 459. *Scabioſa.*
Scabioſa major ſquamatis capitulis. *mag. Bot.* 304. *app.*
Jacea vulgaris nigra laciniata. *mag. hort.* 103.

11. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis, radicalibus ſinuato-dentatis, ramis angulatis. *h. m.* 459. *La jacée.* *Jacea.*
Jacea vulgaris nigra capitata ſquamoſa. *mag. Bot.* 139. *hort.* 102.
β. Cyanus peramarus ſupinus capitulis ſquamoſis ſeſamoïdis parvi. *mag. Bot.* 82.
γ. Jacea nigra anguſtifolia lithoſpermi arvenſis folio. *Bauh. prodr.* 128.
Jacea repens latifolia ſquamata. *mag. hort.* 102.
δ. Jacea repens anguſtifolia ſquamata. *mag. hort.* 102.

12. CENTAUREA calycibus ſquamoſis, foliis tomentoſis, radicalibus lanceolatis, caulinis pinnatifidis, caule ſimplici. *h. m.* 459. *Conifera.*
Jacea montana incana capite pini. *mag. Bot.* 136.
Cyanus ſeu centaurium majus humile, capite pini. *mag. hort.* 49.

13. CENTAUREA calycibus ſquamoſis mucronatis, foliis pinnato-dentatis. *Linn. ſiſt. nat. ſp. plant.* 914. *Alba.*

Jacea calyculis argenteis minor. *Tour. inſt.* 444.
Stæbe calyculis argenteis minor. *Bauh. pin.* 273.
HABITAT *à l'Eſperou* ad dexteram, ſecus amnem.

*** Stæbe, *calycinis ſquamis ſpinoſis palmatis.*

Seridis. 14. CENTAUREA calycibus palmato-ſpinoſis, foliis decurrentibus tomentoſis oblongis, infimis ſinuato-dentatis. *h. m.* 460.
Jacea latifolia ſpinoſa capitulis pulchris, flore purpureo. *mag. Bot.* 137.

Aſpera. 15. CENTAUREA calycinis ſpinis palmato-quinquefidis, foliis lanceolatis dentatis. *h. m.* 460.
Jacea cum ſpinoſis capitulis, purpurea tenuifolia. *mag. Bot.* 138. *hort.* 103.

**** Calcitrapæ, *calycinis ſpinis compoſitis.*

Calcitrapa. 16. CENTAUREA calycibus ſubduplicato-ſpinoſis, foliis ſeſſilibus lateralibus pinnatifidis linearibus dentatis. *h. m.* 460. *La chauſſe-trape.*
Carduus ſtellatus, ſive calcitrapa. *mag. hort.* 44.
Carduus ſtellatus foliis papaveris erratici. *mag. Bot.* 50.
* PHARM. *Calcitrapa* herba, ſuccus, extractum, cortex radicis, ſemina. Vis febrifuga, vulneraria, diuretica, antinephralgica. *Herba* in decocto, in juſculo.. *ſuccus* ab unc. IV ad unc. VI.. *folia* pulverata ad drach. I.. *extractum* ad drach. II.. *ſemina* ad drach. I, infuſa in vino albo.. *Cortex* radicis exſiccatæ pulveratus ad drach. I, in vini albi cyatho infuſus.

Solſtitialis. 17. CENTAUREA calycibus duplicato-ſpinoſis, foliis ramorum decurrentibus inermibus lanceolatis, caulinis lyrato-pinnatifidis. *h. m.* 460.
Carduus ſtellatus luteus folio cyani. *mag. Bot.* 50. *hort.* 44.

Melitenſis. 18. CENTAUREA calycibus duplicato-ſpinoſis ſubrotundis lateralibus, foliis decurrentibus lanceolatis ſinuoſis inermibus. *h. m.* 460.

Jacea melitenſis capitulis conglobatis. *mag. Bot.* 298. *hort.* 104.

Habitat copioſè in monte Cetio. Capitulis plurimis ſparſis ſeſſilibus.

19. CENTAUREA calycibus ciliato-ſpinoſis, foliis lyratis inermibus incanis, capitulis terminalibus. *h. m.* 461. *Sicula.*

Jacea ſicula cichorii folio, flore luteo, capite ſpinoſo. *mag. Bot.* 138. *hort.* 104.

20. CENTAUREA calycibus ſubduplicato-ſpinoſis, foliis amplexicaulibus lanceolatis indiviſis ſerratis. *h. m.* 461. *Calcitrapoïdes.*

Carduus ſtellatus foliis integris ſerratis. *mag. hort. app.* 293. *hort.* 44.

21. CENTAUREA calycibus ciliatis ſpinoſis, foliis pinnatifidis, laciniis ſuperioribus majoribus. *h. m.* 461. *Centauroïdes.*

22. CENTAUREA calycibus ciliatis ſpinoſis, foliis bipinnatifidis. *h. m.* 461. *Collina.*

Jacea lutea capite ſpinoſo. *mag. Bot.* 138. *hort.* 104.

***** Crocodiloïdea, *ſpinis ſimplicibus.*

23. CENTAUREA calycibus ſetulâ reflexâ ſpinoſis glabris, foliis dentato-pinnatifidis ſerratis. *h. m.* 461. *Salmantica.*

Jacea intybacea, ſive ſtæbe ſalmanticenſis prior. *mag. Bot.* 137.

Jacea foliis cichoraceis villoſis altiſſima, flore purpureo. *mag. hort.* 103.

24. CENTAUREA calycibus ſetacea-ſpinoſis, foliis decurrentibus ſinuatis ſpinoſis. *h. m.* 461. *Galactites.*

Carduus galactites. *mag. Bot.* 49. *hort.* 43.

SYNGENESIA

POLYGAMIA NECESSARIA.

CALENDULA.

Cal. polyphyllus æqualis. *ſem.* diſci membranacea. *recept.* nudum. *pappus* nullus.
Herba. fol. ſimplex pinguis. *inflor.* ſolitaria.

Officinalis. 1. CALENDULA ſeminibus radii cymbiformibus echinatis, diſci bicornibus. *h. m.* 462. *Le ſouci.*
Caltha arvenſis. *mag. Bot.* 44.
Calendula minor arvenſis. *mag. hort.* 38.
β. Calendula ſativa. *mag. hort.* 38.
γ. Calendula flore luteo pleno. *mag. hort.* 38.
δ. Calendula flore luteo pleno, & prolifera. *mag. hort.* 38.
* PHARM. *Calendulæ* herba, flores, conſerva, aqua, acetum. Vis emmenagoga ſudorifera, aperiens, incidens, alexipharmaca. *Folia & flores.* ad unc. III. IV. contuſa & infuſa in vino albo... *ſuccus* ab unc. I. ad unc. IV.. *extractum* à drach. I, ad drach. II.. *conſerva* à drach. II. ad unc. I.

OTHONNA.

Cal. 1-phyllus., multifides ſubcylindricus. *recept.* nudum. *pappus* nullus.
Fruticulus & *herba. fol.* ſimplex tomentoſa. *inflor.* umbellata.

* *Herbaceæ.*

Helenitis. 1. OTHONNA foliis lanceolatis integris villoſis, floribus umbellatis. *h. m.* 464.

Conyza helenitis mellita incana. *mag. Bot.* 78.

** *Fruticuloſæ.*

2. OTHONNA foliis pinnatifidis tomentoſis, laciniis ſinuatis, caule fruticoſo. *h. m.* 464. *Maritima.*

Jacobæa maritima, ſive cineraria. *mag. hort.* 104.

Claſſis XVI[a].

APETALI.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

HIPPURIS.
SALICORNIA.

DIANDRIA

MONOGYNIA.

LEPIDIUM. 7.

TRIANDRIA

MONOGYNIA.

POLYCNEMUM.
SCHÆNUS.
CYPERUS.
SCIRPUS.
ERIOPHORUM.

TETRANDRIA

MONOGYNIA.

ALCHEMILLA.
CAMPHOROSMA.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

APHANES.
HERNIARIA. 3.

TETRANDRIA

TETRAGYNIA.

RUPPIA.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

ILLECEBRUM.

CELOSIA.

THESIUM.

RHAMNUS. 1. frangula.

PENTANDRIA

DIGYNIA.

RHAMNUS. 2. ziziphus.

SALSOLA.

CHENOPODIUM.

BETA.

HERNIARIA.

ULMUS.

PENTANDRIA

TRIGYNIA.

RHAMNUS. 3. paliurus.

PENTANDRIA

POLYGYNIA.

MYOSURUS.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

JUNCUS.

OCTANDRIA

DIGYNIA.

CHRYSOSPLENIUM.

DECANDRIA

DIGYNIA.

SCLERANTHUS.

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

ASARUM.

TETRADYNAMIA.

CARDAMINE. 6.

GYNANDRIA

POLYANDRIA.

ARUM.

ZOSTERA.

MONŒCIA

MONANDRIA.

ZANICHELLIA.

MONŒCIA

DIANDRIA.

LEMNA.

MONOECIA

TRIANDRIA.

CAREX.

SPARGANIUM.

AMARANTHUS.

TYPHA.

MONŒCIA

TETRANDRIA.

URTICA.

MORUS.

BETULA.

MONŒCIA

PENTANDRIA.

XANTHIUM. *femina.*

AMARANTHUS. 4. 5.

MONŒCIA

OCTANDRIA.

MYRIOPHYLLUM.

MONOECIA

POLYANDRIA.

CERATOPHYLLUM.

THELIGONUM.

QUERCUS.

FAGUS.

CORYLUS.

CARPINUS.

MONOECIA

MONADELPHIA.

CUPRESSUS.

PINUS.

CROTON. *femina.*

DIOECIA

DIANDRIA.

NAJAS. *femina.*

SALIX.

DIOECIA

TRIANDRIA.

CAREX. 9.

DIOECIA

TETRANDRIA.

VISCUM.

MORUS. 2.

URTICA.

RHAMNUS. 4. catharticus.

DIŒCIA

PENTANDRIA.

CANNABIS.

HUMULUS.

PISTACIA.

SPINACIA.

DIOECIA

HEXANDRIA.

TAMUS.

SMILAX.

DIOECIA

OCTANDRIA.

POPULUS.

DIOECIA

ENNEANDRIA.

MERCURIALIS.

DIŒCIA

MONADELPHIA.

JUNIPERUS. *mas.*

EPHEDRA.

DIŒCIA

SYNGENESIA.

RUSCUS?

POLYGAMIA

MONŒCIA.

CELTIS.

CORIARIA.

HOLCUS. *mas.*

PARIETARIA.

ATRIPLEX.

POLYGAMIA

DIŒCIA.

RHAMNUS. 5. alaternus.

FRAXINUS.

POLYGAMIA

TRIŒCIA.

OSYRIS.

FICUS.

APETALI.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

HIPPURIS.

Cal. o. *ſtigm.* ſimplex. *ſem.* 1.
Herba. immerſa articulata. *fol.* linearis verticillata. *inflor.* axillaris ſeſſilis.

Vulgaris. 1. HIPPURIS. *h. m.* 3. *La peſſe d'eau.*
Equiſetum brevioribus foliis, paluſtre polyſpermum. *mag. Bot.* 89. *hort.* 74.
Obs. Folia *inferiora* quaterna, quina, ſena; *ſumma* 7-18.

SALICORNIA.

Cal. ventricoſus integer. *ſem.* 1.
Herba. carnoſa ſucculenta, articulata, amphibia; *fol.* o. *inflor.* in articulis.

Herbacea. 1. SALICORNIA patula, articulis apice compreſſis emarginato-bifidis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 5. *Le ſalicor.*
Salicornia europæa *annua. Goüan. hort.* 2. *Sauv.* 7.
Salicornia articulis apice craſſioribus obtuſis, internodiis diſtantibus. *Ger. flor. gallop.* 328.
Kali geniculatum annuum. *mag. Bot.* 147. *hort.* 108.

Fruticoſa. 2. SALICORNIA caule erecto fruticoſo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 5.
Salicornia europæa *fruticoſa* β. *Goüan. hort.* 2. *Sauv.* 7.
Salicornia articulis ſubæqualibus obtuſis, internodiis approximatis. *Ger. flor. gallopr.* 328.
Kali geniculatum majus. *mag. Bot.* 147. *hort.* 108.

DIANDRIA MONOGYNIA.

LEPIDIUM.

Silic. caul. fol. Vide claſſeos 10um. ordinem.

7. LEPIDIUM floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. *h. m.* 315. *Ruderale.*
Iberis naſturtii folio. *Bauh. pinn. mag. Bot.* 139.
Naſturtium ſylveſtre tenuiter inciſum minori fructu. *Tour.* 214.
Naſturtium ſylveſtre. *mag. hort.* 142.
Naſturtium ſylveſtre oſyridis folio. *Bauh. pin.* 115.

TRIANDRIA MONOGYNIA.

POLYCNEMUM.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2 alternis minoribus, perſiſtens. *ſem.* 1. nudum compreſſum orbiculatum.

Herba. proſtrata. *fol.* ſubulata alterna. *inflor.* axillaris ſolitaria ſeſſilis. *fulc.* 2. ſtipulæ axillares oppoſitæ ſemen foventes.

1. POLYCNEMUM foliis ſtipuliſque ſubulatis. *h. m.* 24. *Arvenſe.*
Champhoratæ congener. *mag. Bot.* 47. *hort.* 40.
Herniaria foliis longis anguſtis acuminatis glabris. *mag. char.* 51.

SCHÆNUS.

Glumæ. paleaceæ univalves congeſtæ. *ſem.* 1, ſubrotundum inter glumas calycinas.

Herba. (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* ſpiculis congeſtis.

Mariſcus. 1. SCHÆNUS culmo tereti, foliis margine dorſoque aculeatis. *h. m.* 28.

Gramen cyperoïdes altiſſimum, foliis & carinâ ſerratis. *mag. Bot.* 117. *hort.* 93.

Mucronatus. 2. SCHÆNUS culmo tereti nudo, ſpicis faſciculatis divaricatis, involucro ſubulato triphyllo. *h. m.* 28.

Gramen cyperoïdes maritimum. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

Nigricans. 3. SCHÆNUS culmo tereti nudo, capitulo ovato: involucri diphylli valvulâ alterâ ſubulatâ longâ. *h. m.* 28.

Juncus lithoſpermi ſemine. *mag. Bot.* 145. *hort.* 107. *Bot. icon.* 144.

Aculeatus. 4. SCHÆNUS culmo tereti ramoſo, capitulis terminalibus, involucro triphyllo breviſſimo rigido patente. *Linn. ſiſt. nat.* 865.

Gramen album capitulis aculeatis italicum. *mag. Bot. app.* 297.

Gramen ſupinum aculeatum. *Bauh. hiſt.* 2. 467.

Gramen ſpicatum ſpicis in capitulum foliatum congeſtis. *Tour.* 519.

Habitat in ſabuloſis maritimis *à Maguelone, Cete.*

CYPERUS.

Glumæ paleaceæ diſtichè imbricatæ. *ſem.* 1, nudum.

Herba. (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* ſpiculis umbellatis inæqualibus compreſſis.

1. CYPERUS culmo folioſo triquetro, umbellâ folioſâ ſupradecompoſitâ pedunculis nudis, ſpiculis alternis. *h. m.* 29. *Le ſouchet.* *Longus.*

Cyperus odoratus radice longâ, ſive cyperus officinarum. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.

* PHARM. *Cyperi longi* radix. Vis diuretica, emmenagoga, ſtomachica, ulceribus uteri, veſicæ oris adverſa. *Radix* in ſubſtantia ad drach. I. II. in infuſo ad uſque unc. ſſ.

2. CYPERUS culmo nudo triquetro, umbellâ triphyllâ, pedicellis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis lanceolatis. *h. m.* 29. *Flaveſcens.*

Cyperus minimus paniculâ ſparſâ flaveſcente. *Scheuz. gram.* 385.

β. Cyperus *minor* paniculâ ſparſâ flaveſcente. *Scheuz. gram.* 386. *tab.* 8. *fig.* 13. Optima.

HABITAT β in pratis *à l'Eſperou.* Vix biuncialis; ſpiculæ ad ſummum ternæ, ſæpius binæ.

3. CYPERUS culmo nudo triquetro, umbellâ triphyllâ, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis lanceolatis. *h. m.* 29. *Flaveſcens.*

4. CYPERUS culmo nudo triquetro, umbellâ trifidâ, pedunculis ſimplicibus inæqualibus, ſpicis confertis linearibus atris. *h. m.* 29. *Fuſcus.*

Gramen cyperoïdes paniculâ ſparſâ minus. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

5. CYPERUS culmo triquetro nudo, umbellâ folioſâ, radicum tuberibus ovatis; zonis imbricatis. *Linn. ſyſt. nat.* 866. *Eſculentus.*

Cyperus rotundus eſculentus anguſtifolius. *Bauh. pinn.* 14. *theat.* 222. *Tour.* 527.

HABITAT *à Lattes* versùs ſtagna, & in foſſis ſubmarinis *à Maguelone, Perauls.*

SCIRPUS.

Glumæ paleaceæ undique imbricatæ. *ſem.* I, imberbe nudum.

Herba (gramen). *ſol.* graminea. *inflor.* in-

certa ; ſpiculis aliis pedunculatis , aliis ſeſſilibus.

* *Spicâ unicâ.*

Paluſtris. 1. SCIRPUS culmo nudo tereti , ſpicâ ſubovatâ imbricatâ. *h. m.* 30.

Juncus paluſtris equiſeti capitulo majore. *mag. Bot.* 145.

Juncus capitulis equiſeti major. *mag. hort.* 107.

Acicularis. 2. SCIRPUS culmo nudo tereti ſetiformi , ſpicâ ovatâ terminali bivalvi ſeminibus nudis. *Linn. ſp. pl. ed.* 2ª. 71.

Juncus minimus ſpicâ breviore ſquamoſâ ſpadiceâ. *Scheuz. gram. t.* 7. *f.* 19.

HABITAT in ſaxoſis *à Meyrueis.* Vix biuncialis. Folia arcuata , rigida , teretia , hinc ſulcata pungentia , culmo breviora.

Fluitans. 3. SCIRPUS culmis teretibus alternis nudis , caule folioſo flaccido. *h. m.* 30.

** *Culmo tereti polyſtachio.*

Lacuſtris. 4. SCIRPUS culmo tereti nudo , ſpicis ovatis pluribus pedunculatis terminalibus. *h. m.* 30.

Juncus maximus , ſeu ſcirpus major. *mag. Bot.* 143. *hort.* 107.

OBS. In foſſis omnibus circa urbem occurrit , & caule ad baſim ancipiti , altitudinem humanam exſuperante.

Holoſchænus. 5. SCIRPUS culmo tereti nudo , ſpicis ſubgloboſis glomeratis pedunculatis , involucro diphyllo inæquali mucronato. *h. m.* 30.

Juncus acutus maritimus capitulis rotundis. *mag. Bot.* 143. *hort.* 107.

Romanus. 6 SCIRPUS culmo tereti nudo , capitulo laterali conglobato , bracteâ reflexâ. *h. m.* 30.

Setaceus. 7. SCIRPUS culmo nudo ſetaceo , ſpicis lateralibus ſubſeſſilibus ſubſolitariis. *h. m.* 31.

HABITAT in pratulis *à Gramont.*

*** *Culmo triquetro, paniculâ nudâ.*

8. SCIRPUS culmo triquetro nudo acuminato, paniculâ conglomeratâ nudâ. *h. m.* 31. *Mucronatus.*
Juncus acutus maritimus, caule triangulo. *mag. Bot.* 143. *hort.* 107.

**** *Culmo triquetro, paniculâ foliaceâ.*

9. SCIRPUS culmo triquetro, paniculâ conglobatâ foliosâ, ſpicularum ſquamis trifidis, intermediâ ſubulatâ. *h. m.* 31. *Maritimus.*
Cyperus rotundus vulgaris. *mag. Bot.* 83.
Cyperus rotundus inodorus germanicus. *mag. hort.* 67.
β. Gramen cyperoïdes paniculâ ſparſâ, majus. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.
10. SCIRPUS culmo triquetro folioſo, umbellâ folioſâ, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *h. m.* 31. *Sylvaticus.*
Gramen cyperoïdes miliaceum. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

ERIOPHORUM.

Glum. paleaceæ undique imbricatæ. *ſem.* 1, lanâ longiſſimâ cinctum.
Herba (gramen). *inflor.* paniculata, glomerata.

1. ERIOPHORUM culmis vaginatis teretibus, ſpicâ paleaceâ. *h. m.* 32. *Vaginatum.*
Juncus alpinus cum cauda leporina. *Bauh. hiſt.* 2. 514.
2. ERIOPHORUM culmis teretibus, floribus nutantibus. *h. m.* 32. *Polyſtachion.*
Linum pratenſe. *tabern. icon.* 250.

TETRANDRIA

MONOGYNIA.

ALCHEMILLA.

Cal. 8-fidus. *ſem.* 1, calyce incluſum.
Herba. inflor. glomerato - paniculata. *fulcr.* ſtipulæ petiolares geminæ, adnatæ.

Vulgaris. 1. ALCHEMILLA foliis lobatis, ſtipulis foliaceis ſerratis. *h. m.* 73. *Le pied de lion.*
Alchemilla vulgaris. *mag. hort.* 8.
* Pharm. *Alchemillæ* radix, herba. Vis vulneraria, adſtringens, antiherniosa, iſchæma, ſophiſticans, mammis indurandis apta.. *ſuccus* intus ad unc. iv.. *decoctum* ad cyathi doſim.

Alpina. 2. ALCHEMILLA foliis digitatis ſerratis, ſtipulis membranaceis integerrimis. *h. m.* 73.
Alchemilla perennis argentea. *mag. hort.* 8.

CAMPHOROSMA.

Cal. 4-fidus urceolatus, denticulis 2 oppoſitis minoribus. *capſ.* 1 - ſperma.
Fruticulus, proſtratus. *fol.* alterna ciliata ſubulata.

Monſpeliaca. 1. CAMPHOROSMA. *h. m.* 73. *La camphrée ou camphorata.*
Camphorata hirſuta. *mag. Bot.* 47. *hort.* 39.
* Pharm. *Camphoratæ* herba. Vis vulneraria, aperiens, incidens, diuretica, ſudorifera, emmenagoga, antihydropica, anticoryzalis, antiaſthmatica. Datur in infuſo theiformi. Decocta datur ad uſque unc. 1. in aquæ lib. iii.

TETRANDRIA DIGYNIA.

APHANES.

Cal. 8-fidus. *ſem.* 2. nuda.
Herba. fol. alterna ſeſſilis. *inflor.* axillaris glomerata ſeſſilis.

1. APHANES. *h. m.* 74. *Arvenſis.*
Alchemilla minima montana. *mag. Bot.* 7. *hort.* 8.

HERNIARIA.

Cal. 4-fidus. *filam.* 8. 4. ſterilia petaliformia.
Fruticulus. fol. oppoſita linearis integerrima. *fulc.* ſtipulæ interfoliaceæ oppoſitæ.

3. HERNIARIA caulibus fruticoſis, floribus quadrifidis. *Linn. cent.* 1. *amœn. Acad.* 4. *pag.* 269. *Fruticoſa.*
Herniaria fruticoſa viticulis lignoſis. *Tour.* 507.
Polygonum, ſive herniaria fruticoſa viticulis lignoſis. *mag. Bot.* 210. *hort.* 96.

TETRANDRIA TETRAGYNIA.

RUPPIA.

Cal. o. *ſem.* 4, pedicellata.
Herba immerſa. *fol.* alterna linearis. *fulc.* ſtipulæ 2 adnatæ vaginantes, ad baſin ſpathæformes.

Maritima. 1. RUPPIA. *h. m.* 76.
Gramen maritimum fluitans cornutum. *mag. Bot.* 119. *Bauh. pinn.* 3.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

ILLECEBRUM.

Cal. 5-phyllus cartilagineus inferus. *ſtigm.* ſimplex. *capſ.* 5-valvis, 1-ſperma.

Herba, rigida. *fol.* oppoſita ſeſſilis integerrima.

Verticillatum. 1. ILLECEBRUM floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. *h. m.* 116.

Cymoſum. 2. ILLECEBRUM ſpicis cymoſis ſecundis, caule diffuſo. *h. m.* 118.

Paronychia. 3. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus. *h. m.* 118.
Polygonum minus candicans ſupinum. *mag. Bot.* 209.
Herniaria minor candicans ſupina. *mag. hort.* 96.

Capitatum. 4. ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis obvallatis, occultatis, capitulis terminalibus, caule erecto. *h. m.* 118.
Herniaria minor candicans capitulis ſurrectis. *mag. hort.* 96.
Polygonum minus candicans capitulis ſurrectis. *mag. Bot.* 209.

Obs. Narbonæ pro pede cati uſurpatur; *ex D. Solier.*

CELOSIA.

Cal. 5-phyllus; foliolis 2 interioribus. *ſtam.* baſi nectario plicato juncta. *capſ.* horizontaliter dehiſcens.

Herba. inflor. ſpicata: apice frondoſo (ſæpius) ſterili.

1. CELOSIA foliis ovato-oblongis, pedunculis teretibus ſubſtriatis, ſpicâ oblongâ. *h. m.* 117. *La crête de coq des jardiniers.* *Criſtata.*

THESIUM.

Cal. 1-phyllus ſuperus, cui *ſtam.* inſerta. *ſem.* 1, coronatum.

Herba, rigidula. *inflor.* paniculato-racemoſa. *fulc.* bracteæ ternæ foliaceæ: alterâ longiore.

1. THESIUM calyce bracteis longiore, foliorum nervis decurrentibus. *h. m.* 118. *Linophyllon.*

Linaria montana floſculis albicantibus. *mag. Bot.* 159.

Sanamunda linariæ folio. *mag. hort.* 178.

β. Alchemilla linariæ folio, florum calyce luteo. *Tour.* 509.

RHAMNUS.

Cal. tubuloſus 5-fidus: ſquamis ſtamina munientibus (petala?) *bacc.* 2-ſperma, 2-locularis, rotundata.

Arbor. fol. ſimplex alterna. *inflor.* axillaris.

1. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *h. m.* 112. *La bourgene.* *Frangula.*

Alnus nigra baccifera. *mag. Bot.* 290.

Frangula, ſive alnus nigra baccifera. *mag. hort.* 81.

* Pharm. *Frangulæ* cortex medius. Vis *recentis*, emetica, *exſiccati* cathartica, antihydropica, antiſcabioſa. Datur in ſubſtantia ad drach. I.. in infuſo à drach. II, ad drach. III, imò IV.

PENTANDRIA
DIGYNIA.

SALSOLA.

Cal. 5-phyllus. *capſ.* 1-ſperma. *ſem.* cochleatum.

Herba. fol. integerrima ſucculenta. *inflor.* axillaris.

Tragus. 1. SALSOLA foliis ſubulatis ſpinoſis lævibus, calycibus ovatis, caule erecto herbaceo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 322. *Salſola kali. Goüan. hort.* 146.
Kali ſpinoſum cochleatum. *mag. Bot.* 146.
Kali ſpinoſum foliis longioribus & anguſtioribus. *mag. hort.* 108.

Soda. 2. SALSOLA foliis inermibus, caule patulo herbaceo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 322. *Goüan. hort.* 146.
Kali majus cochleato ſemine. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

Hirſuta. 3. SALSOLA diffuſa herbacea, foliis teretibus obtuſis tomentoſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 323.
Chenopodium *hirſutum. Linn. ſp. pl. edit.* 1ª. 221. *Goüan. hort.* 125.
Kali minus villoſum. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

Fruticoſa. 4. SALSOLA erecta fruticoſa, foliis filiformibus obtuſiuſculis, *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 324.
Chenopodium *fruticoſum* foliis linearibus teretibus carnoſis. *Linn. ſiſt. edit.* 1ª. 221. & *Goüan. hort.* 125.
Kali ſpecies ſive vermicularis marina arboreſcens. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

CHENOPODIUM.

Cal. 5-phyllus, 5-gonus. *ſem.* 1, lenticulare ſuperum.

Herba, & *fruticulus*. *fol.* ſimplex. *inflor.* glomerato-racemoſa.

* *Foliis angulofis.*

1. CHENOPODIUM foliis triangulari-ſagittatis integerrimis. *h. m.* 123. *Le bon Henri.* *Bonus Henricus.*
Atriplex chenopodii folio triangulo. *mag. hort.* 29.
* Pharm. *Boni Henrici* herba. Vis refrigerans, humectans, vulneraria, anodina, antihæmorrhoïdalis, antipodagrica. Datur ad man. I. II.

2. CHENOPODIUM foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis, dentatis, racemis erectis compoſitis ſubnudis, caule brevioribus. *h. m.* 128. *Rubrum.*
Atriplex ſylveſtris latifolia. *mag. Bot.* 34.
Atriplex chenopodia latifolia. *mag. hort.* 28.
* Pharm. *Atriplicis rubræ* herba. Vis prioris.

3. CHENOPODIUM foliis rhomboïdeo-triangularibus eroſis poſticè integris, ſummis oblongis, racemis erectis. *h. m.* 129. *Album.*
Atriplex ſylveſtris. *mag. Bot.* 34.
Atriplex chenopodia, folio ſinuato candicante. *mag. hort.* 29.

4. CHENOPODIUM foliis rhomboïdeis dentato-ſinuatis, racemis ramoſis nudis. *h. m.* 129. *Viride.*

5. CHENOPODIUM foliis ſubcordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. *h. m.* 129. *Hybridum.*
Atriplex ſylveſtris latifolia, acutiore folio. *mag. Bot.* 35.
Atriplex daturæ folio. *mag. hort.* 29.

6. CHENOPODIUM foliis oblongis ſinuatis, racemis nudis multifidis. *h. m.* 124. *Botrys.*
Botrys ambroſioïdes vulgaris. *mag. Bot.* 34.
Atriplex chenopodia ambroſioïdes, folio ſinuato. *mag. hort.* 29.
* Pharm. *Botryos vulgaris* herba, ſemina. Vis reſolvens, thoracica, antiaſthmatica, antiorthopnoïca, tuſſi convulſivæ, phtyſi, adverſa, carminativa, anticolicalis. Datur in pulvere ad drach. I. in infuſo aquoſo, vinoſo, hydromellæo, mane & ſero ad cyathi doſim.

** *Foliis integris.*

Vulvaria. 7. CHENOPODIUM foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis. *h. m.* 125. *L'arroche puante.*
Atriplex fœtida. *mag. Bot.* 35.
Atriplex chenopodia fœtida. *mag. hort.* 29.
* Pharm. *Vulvariæ* herba, conſerva, tinctura; vis antihyſterica. Datur in infuſo, decocta pro clyſtère.

Polyſpermum 8. CHENOPODIUM foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis. *h. m.* 125.
Blittum erectius, ſive tertium tragi. *mag. Bot.* 38.
Atriplex chenopodia betæ folio. *mag. hort.* 29.

Scoparium. 9. CHENOPODIUM foliis lineari-lanceolatis planis integerrimis. *h. m.* 125.
Atriplex chenopodia lini folio. *mag. hort.* 29.

Maritimum. 10. CHENOPODIUM foliis ſubulatis ſemicylindricis. *h. m.* 125.
Kali minus album ſemine ſplendente. *mag. Bot.* 141. *hort.* 108.
β. Kali minus foliis lucidis. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.
Kali ſpecies, ſive vermicularis marina arboreſcens. *mag. Bot.* 146. *hort.* 108.

BETA.

Cal. 5-phyllus, baſi *ſemen* reniforme fovens.
Herba, ſulcata. *inflor.* terminalis glomerato racemoſa.

Vulgaris. 1. BETA. *h. m.* 126. *La poirée. Bette-rave.*
Beta rubra. *mag. hort.* 32.
β. Beta communis viridis. *mag. Bot.* 37. *hort.* 32.
* Pharm. *Betæ albæ, rubræ*, herba, radix, ſuccus. Vis emolliens, errhina, anticoryzalis, ophtalmica, anticephalalgica †, ſuppoſitoria.

HERNIARIA.

Cal. 5-partitus. *ſtam.* 5-ſterilia. *capſ.* 1-ſperma.

Herba. fol. fulc. Vide ejuſdem claſſeos ordinem 5um.

1. HERNIARIA. *h. m.* 123. *La turquette. mag. hort.* 96. *Glabra.*
Polygonum minus glabrum. *mag. Bot. app.* 311.
* PHARM. *Herniariæ glabræ* herba. Vis adſtringens, antihernioſa, diuretica, antiſcotomica, ophtalmica. *Herba* ad man. 1, incocta aut infuſa in aquæ aut vini lib. 1. *pulverata* ad drach. 1.. *ſuccus* ab unc. II, ad unc. IV.

2. HERNIARIA. *h. m.* 123. *mag. hort.* 96. *Hirſuta.*
Polygonum minus, ſive millagrana major. *mag. Bot.* 210.

ULMUS.

Cal. 5-fidus. *bacc.* exſucca compreſſo-membranacea.

Arbor: ramificationibus diſtichè patentibus. *fol.* ſimplex alterna. *inflor.* primordialis.

1. ULMUS foliis duplicato-ſerratis baſi inæqualibus. *h. m.* 127. *L'ormeau.* *Campeſtris.*
Ulmus campeſtris & Theophraſti. *mag. Bot.* 281. *hort.* 207.
* PHARM. *Ulmi* cortex medius. Vis vulneraria, adſtringens.

RHAMNUS.

Caul. inflor. fol. Vide ejuſdem claſſeos ordinem 7um.

Nucleus 2-locularis. *fulc.* aculei gemini ſtipulares.

Ziziphus. 2. RHAMNUS aculeis geminis ſubæqualibus, foliis obliquè ovatis trinerviis ſerratis, pedunculis confertis, fructibus ovatis. *h. m.* 113. *Le jujubier.*

Ziziphus ſativa & ſylveſtris. *mag. Bot.* 283. *hort.* 209.

* PHARM. *Jujubæ* baccæ, ſyrupus. Vis lubricans, edulcorans, expectorans, antituſſiculoſa, antiſtrangurica. Coquuntur n°. XII. pro quâlibet aquæ pinta.

PENTANDRIA

TRIGYNIA.

RHAMNUS.

Caul. inflor. fol. Vide ordinem 7um. *fulc.* Vide ordinem 9um.

Nucleus trilocularis clypeiformis, margine ſuberoſo-membranaceo.

Paliurus. 3. RHAMNUS aculeis geminis inæqualibus, foliis trinerviis ſubſerratis, pedunculis ſolitariis. *h. m.* 112. *Le paliure.*

Rhamnus, ſive paliurus, folio jujubino. *mag. Bot.* 221.

Paliurus. *mag. hort.* 152.

* PHARM. *Paliuri* ſemina. Vis diuretica, expectorans.

PENTANDRIA

POLYGYNIA.

MYOSURUS.

Cal. 5-phyllus baſi adnatus. *nect.* 5 ſubulata petaliformia. *ſem.* receptaculo tereti longo affixa.

Herba,

Herba, ſimpliciſſima. *fol.* linearis. *inflor.* ſcapus uniflorus.

1. MYOSURUS. *h. m.* 161. *La queue de ſouri.* *Minimus.*
Holoſtea affinis caudâ muris. *mag. Bot.* 132.
Myoſuros. *mag. hort.* 140.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

JUNCUS.

Cal. 6-phyllus. *capſ.* 1-locularis, 3-valvis. *Herba.* (gramen). *fol.* graminea. *inflor.* glomerato-ſpicata, paniculata.

* *Culmis nudis.*

1. JUNCUS culmo ſubnudo tereti mucronato, paniculâ terminali, bracteâ duplici ſpinoſâ. *h. m.* 183. *Le jonc.* *Acutus.*
Juncus pungens, ſive juncus acutus, capitulis ſorghi. *mag. hort.* 107.
Juncus acutus capitulis ſorghi. *mag. Bot.* 143.

2. JUNCUS culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. *h. m.* 184. *Conglomeratus.*
Juncus lævis paniculâ non ſparſâ. *mag. Bot.* 142. *hort.* 107.

3. JUNCUS culmo nudo ſtricto, paniculâ laterali. *h. m.* 184. *Effuſus.*
Juncus lævis paniculâ ſparſâ major. *mag. Bot.* 142. *hort.* 107.

4. JUNCUS culmo nudo: apice membranaceo incurvo, paniculâ laterali. *h. m.* 184. *Inflexus.*
Juncus acumine reflexo major. *mag. Bot.* 142. *hort.* 107.

5. JUNCUS culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis. *h. m.* 184. *Squarroſus.*

Gramen junceum foliis & ſpicâ junci. *mag. Bot.* 119. *hort.* 93.
Junco affinis paniculâ laxâ, longioribus pediculis inſidente. *Scheuz. agr.* 350.

** *Culmis folioſis.*

Articulatus. 6. JUNCUS foliis nodoſo-articulatis. *h. m.* 183.
Gramen junceum folio articuloſo aquaticum. *mag. Bot.* 119. *hort.* 93.

Bufonius. 7. JUNCUS culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *h. m.* 183.
Gramen nemoroſum caliculis paleaceis. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.

Campeſtris. 8. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus, pedunculatiſque. *h. m.* 184.
Gramen exile hirſutum, cyperoïdes. *mag. Bot.* 118. *hort.* 93.
β. Gramen hirſutum capitulo globoſo. *Bauh. pin.* 7.

Piloſus. 9. JUNCUS foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 468.
Juncus nemoroſus latifolius major. *Tour.* 247.
γ. Gramen hirſutum nemoroſum anguſtifolium alpinum, paniculis obſcurè rufeſcentibus. *Scheuz. agr.* 317.

Spicatus. 10. JUNCUS foliis planis, ſpicâ racemoſâ nutante. *h. m.* 184.

Bulboſus. 11. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 466.
Gramen junceum foliis & ſpicâ junci. *mag. Bot.* 119. *hort.* 98.
Juncus parvus cum pericarpiis rotundis. *Tour.* 247.
HABITAT in rivulis circa urbem, *à Selleneuve*, *Montferrier*, *Lattes*. *Culmus* compreſſiuſculus. *Folia* ſubtus ſtriata, ſupernè canaliculata. *Capſulæ* nitentes fuſcæ; *paniculæ* inæquales.

Niveus. 12. JUNCUS foliis planis ſubpiloſis, corymbis folio brevioribus, floribus faſciculatis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 468.
Juncus piloſus *A. Goüan. h. m.* 184.

Gramen hirſutum anguſtifolium minus paniculis albis. *mag. Bot.* 118.
Juncus anguſtifolius villoſus, floribus albis paniculatis. *Tour.* 247.

OCTANDRIA

DYGINIA.

CHRYSOSPLENIUM.

Cal. 4-fidus coloratus. *capſ.* 2-roſtris, 1-locularis, polyſperma.
Herba, radicans. *fol.* oppoſita ſucculenta ſcabriuſcula.

1. CHRYSOSPLENIUM. *h. m.* 208. *La ſaxifrage dorée.* *Oppoſitifolium.*

DECANDRIA

DYGINIA.

SCLERANTHUS.

Cal. 1-phyllus, 5-fidus, ſuperus. *ſem.* 2. calyce incluſa.
Herba, rigida proſtrata. *fol.* ſubulata. *inflor.* faſtigiata.

1. SCLERANTHUS calycibus fructuum patulis. *h. m.* 211. *Annuus.*
Polygonum anguſto & acuto gramineo folio minus repens. *mag. Bot.* 211.
Herniaria folio oppoſito anguſtiſſimo minor repens. *mag. hort.* 97.
2. SCLERANTHUS calycibus fructûs patentiſſimis ſpinoſis, caule ſubvilloſo. *Linn. amœn. Acad.* 4. *p.* 313. *Polycarpos.*

Polycarpus. *Dalech. hiſt.* 444.

Habitat *à l'Eſperou, à l'hort de Diou, à Banabu.*

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

ASARUM.

Cal. 4-fidus ſuperus. *capſ.* coriacea 8-locularis, coronata.

Herba, paraſitica, ſucculenta. *fol.* carnoſa imbricata. *inflor.* congeſta terminalis.

Cytinus m. p. 416

Hypociſtis. 1. ASARUM foliis ſeſſilibus imbricatis, floribus quadrifidis. *h. m.* 226. *L'hypociſte.*

Hypociſtis. *mag. Bot.* 135.

* Pharm. *Hypociſtidis* extractum. Vis *acaciæ noſtratis*, adſtringens, iſchæma, antidiarrhoïca, antihernioſa. Intus à drach. ſſ, ad drach. 1.

TETRADYNAMIA.

CARDAMINE.

Silic. ſtigm. cal. caul. fol. Vide claſſeos 6æ. 10um. ordinem.

Impatiens. 6. CARDAMINE foliis pinnatis, floribus apetalis. *h. m.* 324.

Cardamine foliis pinnatis inciſis ſtipulatis, floribus apetalis. *Linn. ſiſt.* 1131.

Cardamine ſpecies quædam inſipida. *mag. hort.* 42.

GYNANDRIA POLYANDRIA.

ARUM.

Spatha 1-phylla, cucullata. *ſpadix* ſubcylindricus, ſupernè nudus clavatus.

Herba, ſcapus androgynus: *inflor.* feminæ ad baſim ſpadicis infra mares. *fol.* petiolo dilatato vaginanti ſubmembranaceo.

* Acaulia *foliis ſimplicibus.*

1. ARUM acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato. *h. m.* 478. *Le pied de veau.* *Maculatum.*
Arum vulgare non maculatum. *mag. Bot.* 29. *hort.* 22.

β. Arum maculatum maculis candidis & nigris. *mag. Bot.* 29. *hort.* 22.

γ. Arum maximum autumnale. *mag. hort.* 22.

* PHARM. *Ari* radix. Vis radicis *exſiccatæ* orexica, incidens, expectorans, antiaſthmatica, deobſtruens, antiauriginoſa, antichlorotica, antimelancholica: *recentis* corroſiva. Datur exſiccata à drach. ſſ. ad drach. 1.

2. ARUM acaule, foliis cordato-oblongis, ſpathâ bifidâ, ſpadice incurvo. *h. m.* 478. *Ariſarum.*
Arum latifolium alterum. *mag. Bot.* 27.
Arum humile ariſarum dictum latifolium, piſtillo brevi incurvo obtuſo. *mag. hort.* 22.

** Acaulia *foliis compoſitis.*

3. ARUM foliis pedatis; primordialibus ſimplicibus, cæteris multifidis: foliolis lanceolatis integerrimis æquantibus ſpatham ſpadice longiorem. *h. m.* 477. *La ſerpentaire.* *Dracunculus.*

Dracunculus polyphyllus. *mag. Bot.* 87.
Arum polyphyllum, dracunculus, & ſerpentaria dictum. *mag. hort.* 23.
* Pharm. *Dracunculi* radix, herba. Vis *ari* ſuccedanea; extus, antiulceroſa, anticarcinomatoſa.

ZOSTERA.

Spadix linearis planus: altero latere florifero: *ſtam.* alterna. *ſem.* ſolitaria alterna.

Herba, immerſa. *fol.* faſciculata linearis plana. *inflor.* congregata in rima longitudinali ſpadicis foliacei: floſculis duplici ſerie, alternis, pedicellatis.

Marina. 1. ZOSTERA. *h. m.* 478. *Le foin de mer, l'algue.*
Alga anguſtifolia vitriariorum. *mag. Bot.* 7. *hort.* 9.

MONŒCIA

MONANDRIA.

ZANICHELLIA.

Maſ. cal. o. *caul. fol. inflor.* ut in feminis.

Fem. cal. 1-phyllus. *piſt.* 4. *ſem.* 4.

